

seculi familiaritatis sublimari. Lib. 6. in lib. 8. Reg. cap. 3. col. 1613. lit. D.

S. HIERONYMUS. 79. Ipsa ambitio a quiete aliena est. Epist. 17. ad Marcellam.

80. Quotiescunque te vana seculi delectaverit ambitio, ad paradysum mente transgredere. Epist. 22. ad Eustochium.

81. Honorum cupido expleri nescit. Epist. 1. ad Demetriad.

HUGO A S. VICTORE. 82. Ambitiosus vult in dignitate potius preesse, quam prodesse. De quest. sup. Ep. 1. ad Tim., quest. 18.

83. Quid summa affectas, cum tu jaceas in imo? considera potius quid vires tue ferre valeant; aptissime incedit, qui incedit ordinate. Prosec.

84. Quidam, dum magnum saltum facere volunt, in precipitium incidunt. Lib. 3. Didasc. cap. 14.

85. Age miser, sequere ducem tuum: oculi tui sublimi videant, multiplica prebendas; hinc ad archidiaconatum evola, ad episcopatum aspira: paulatim ascendis, sed non paulatim descendes, imo tanquam fugis impetu vehementi. Sup. Genes. cap. 1.

86. Qui honores ambiunt, a Christo recedunt. Ibid. cap. 11.

HUGO CARD. 87. Multi laudant nomen potentie, qui appetunt dominationem. Sup. Ecclesiasticum, cap. 17.

88. Ambitio dignitatum sub specie justitie palliatur, sanctitatemque simulat. Sup. Isai. cap. 58.

S. JOANNES CHRYSOST. 89. Multi ob inanem ambitionem multa auri talenta effundunt, ut aucupentur nominis alicujus celebritatem, que sepe non usque ad vesperam durat. Hom. 20. sup. Genes.

90. Opus bonum desiderare, bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitatis est. Hom. 35. Oper. imperf. in Matth.

91. Desiderium primatus ex jaclantia nascitur cordis; qui autem humilis est corde et in lignorem se aliis arbitratur, nunquam desiderat superior apparere. Ibid.

92. Primatus fugientem se desiderat, desiderantem se odit. Ibid.

93. In dignitosis, de ambitione honoris surgit invidia. Ibid. Hom. 43.

94. Grave quiddam est ambitio: grave, inquam, et que animam perdere valeat ambientis. Hom. 83. sup. Joan.

95. Qui presentibus rebus et precipue magnis inhiat, is viliis est et abjecti animi. Ibid. Hom. 70.

96. Pecuniarum amor, ambitio dominandi et glorie, vincula sunt et laquei. Serm. 9. sup. Epist. ad Ephes.

97. Nihil est quod Ecclesiam ita divisere queat,

sicut ambitio presidenii. Ibid. Serm. 11. in Moral.

98. Anima, que honoris tenetur appetiti, et gloriam ab hominibus querit, non videt regnum celorum. Hom. 2. sup. Epist. ad Titum.

99. Qui cum ambitione petit principatum, si male sui regimini administraverit officium, hujusmodi homo sibi locum venie claudit. Hom. 34. sup. Epist. ad Philemon.

100. Nihil sic in arrogantiam extollere consuevit, sicut officiorum ambitio. Hom. 1. ad Popul. Antioch.

101. Ambitio omnia subvertit. Ibid. Hom. 43.

102. Ambire, simulare aliquid et pretendere, aliud agere videri, cum aliud agat; prestare se alteri fingere, quod sibi prestat; malitiosi, et astuti, et fallaces, et subdoli est. Lib. 6. de Vero cultu, cap. 12.

103. Ambitio, postquam honores, quos vult, adepti est, consenescit. Lib. 7. de Divino pramio, cap. 10.

104. Ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus. Epist. 55. ad Pulcheriam Augustam.

105. Ad honores mundi pro ambitionem sine suffragatione temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire. Epist. 87.

106. Notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant. Ibid.

107. Ambitiosi, totius humilitatis ignari, non ab infinis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium. Ibid.

108. Quo progredi importuna longius potest ambitio, cum ad foedissimos quosque usus adhibeatur? In libro Ascetico.

109. Omnis penitus ad eundem honoris ecclesie absunderetur ambitio, si se judicandos potius, quam se judicatuos hi qui preesse voluit populis, cogitarent. Lib. 2. in cap. 2. Epist. ad Rom.

110. Pauper census, parvis incubans, perdit magna; et inhians temporalibus, deserit sempiterna. Serm. 22.

111. Ambitiosi avaritie et elationis igne succensi, preesse inhiant, prodesse non curant. Lib. 1. epist. 2. ad Gregorium papam.

112. A tramite virtutis aberrat, qui per luxuriantis concupiscentie ambitum, castitatis ecclesie munditiam fedat. Epist. 20. ad Cadoulou Antipapam.

113. Vae his, qui reprehensibiliter vivunt, et locum irreprehensibiliter vivendi adhuc reprehensibiliter concupiscunt. Lib. 2. epist. 1. ad Episc. cardinales.

114. Acutiora sunt auri tela, quam ferri, et validius mentem frangit honoris ambitio,

quam tormentum. Serm. 66. de S. Columba.

ROBERTUS BELLARM. 115. Omnis Ambitiosus est versipellis: descendit, ut ascendat: repit per humum, ut volet super aerem; subjicit seipsum, ac servit, ut dominetur ac regnet. Concione 38. de S. Jacobo. part. 1.

S. SIDONIUS. 116. Per fas nefasque crescere affectans, pecunie per avaritiam parvus est, per ambitum prodigus. Lib. 1. epist. 11. ad Montium.

S. THOMAS AQUINAS. 117. Status pontificalis non absque vitio ambitionis desideratur; et quem appetere, presumptuosum est. Opusc. de perfect. vite spirit. cap. 19.

LACT. FIRM. 118. Religionis statum assumere, laudabile est: ad Praelationis autem fastigium anhelare, nimie presumptionis est. Ibid.

119. Praelationis status, etsi perfectus sit, tamen absque vitio concupiscentie appeti non potest. Ibid.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO. 120. Miserrima omnino est ambitio honorumque contentio. Lib. 1. Offic.

PLATO. 121. Probro summo duci est, ambitiosum esse. Syzygia 4, lib. 1. de Republ.

122. Qui de honore non sunt solliciti, non sunt ambitiosi. Ibid.

123. Civitatem in qua cives magistratus minime ambiunt, optime et ab omni seditione, et tumultu prorsus liberam incolere necesse est. Ibid. Lib. 7.

SENECA. 124. Ambitionis vitium singulos occupat. Lib. 3. de Ira. cap. 2.

125. Aque ambitio non patitur quemquam in eodem mensura honorum conquiscescere. Lib. 2. de Beneficis, cap. 27.

126. Non tantum ambitio instabilis est, verum et cupiditas omnis, quia incipit semper a fine. Epist. 73.

127. Ambitus invida res est, vana, ventosa, nullumque habet terminum; tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne se post alium. Epist. 84.

128. Nemo aliter quam ambitiosus Romae (id est in curiis) potest vivere. Epist. 50.

129. Homo qui vere cognitionem Dei habet, non multa ambitione utitur. Sent. 412.

AMICITIA IN GENERE.

S. ISIDORUS HISPALENS. Etymologia. Amicus dicitur quasi amici custos; per derivationem autem dicitur est proprie Amicus ab Amico, id est catena charitatis. Lib. 10. Etymol., verbo Amicus.

AMEROSIUS. Definitio. Quid est amicus, nisi consors amoris,

ad quem animum tuum adjungas, atque applices, et ita misceas, ut unum velis fieri ex duobus? Lib. 2. Offic., cap. 16.

Amicitia vera, perfecta atque completa est, que fundatur in charitate Dei. Part. 4, tit. 5, cap. 2, § 8.

Amicitia est fida, insolubilique conjunctio, que sola virtutum paritate federatur. Ibid.

Amicitia est voluntas inter aliquos rerum bonarum, alius qui diligit, cum ejus qui diligitur pari voluntate consensus, et mutuus affectus. Ser. Dom. 9, post Trin.

Amicitia est amor mutue benivolentie, fundatus super aliquam communicationem. Secunda secund. quest. 23, art. 1.

Amicitia est animorum societas. Lib. 3, de Sum. bono., cap. 28.

Amicitia est divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et charitate consensus. De Amic.

Amicitia est voluntas erga aliquem, rerum bonarum ipsius causa, quem diligit, cum ejus pari voluntate. Lib. 2, de Invent. Rhet.

Amicitia est concordia de honestis et justis, propositum ejusdem vite, consensio de proposito et actione, consensio circa vite societatem cum benevolentia. Syzygia 6, de Defin.

Amicitiarum genera, communiter loquendo, sunt tria: est enim amicitia malorum cum malis: est amicitia bonorum cum bonis, et est amicitia bonorum cum malis. Prosec.

Prima amicitia est simpliciter mala, secunda est simpliciter bona, tertia potest esse bona, potest et esse mala. Serm. 10.

Triplex est genus amicitie. Primum (idque optimum ac prestantissimum) est, id quod est ex virtute; secundum, ex remuneratione; tertium, ex consuetudine. Lib. 2. Stromat.

Quatuor sunt genera amicitiarum precipuarum; scilicet amici fortune, amici mensae, amici fidei, et amici servitii. Prosec.

Primi, fortuna recedente, profugiunt: secundi, mensa cessante, evanescent: tertii, perdurant perpetuo; ultimi perdurant, servitio durante. Opusc. de diversis. homin.

Differentia. Amare et amicum esse, dissimilia sunt: qui amicus est, amat: qui amat, non utique amicus est. Prosec.

Itaque amicitia semper predest, amor etiam aliquando nocet. Epist. 35.

Productio. Fons et origo amicitie, amor est: nam amor sine amicitia, sine amore nunquam. De Amicit., cap. 10.

Amicitia ex quodam usu diligendi cum electione rei (que diligenda est) et deliberatione procedit. De Amicit., cap. 1.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ISIDORUS HISPALENS.

CICERO.

PLATO.

S. BONAVENT.

CLEM. ALEX.

S. THOMAS AQUINAS.

SENECA.

PETRUS BLESSENS.

Fons sane et origo amicitiae amor est, et quasi genus ad speciem. *Prosec.*

Cum amor saepe sine amicitia sit, amicitia vero nunquam sine amore consistit. *Ibid.*, cap. 4.

S. THOMAS
AQUINAS.

PETRUS
BLESENSIS.

PETRUS
MAURIT.

ABB. CLUN.

S. ANTONIN.

CICERO.

S. AMBROS.

Quatuor sunt quae amicitiam generant: scilicet beneficium, familiaritas, similitudo, facundia, sive affabilitas. *Opusc., de scientiis utilioribus.*

Proprietates. Ea est lex amicitiae, et conditio charitatis, ut amici in mutuis necessitatibus suos interiores affectus, exteriori operum prosequantur effectui. *Epist. 32, ad priorem Cantuariensem.*

Veræ amicitiae est, non solum falsa amici suscipere, sed et insulsa, aut condire aut tolerare. *Lib. 6. Ep. 3, ad S. Bernard.*

Comparatio. Sicut habere amicos veros, et esse cum eis, est quasi quid beatum: ita esse sine amicitia, est quid miserum. *Part. 4, titul. 8, cap. 20.*

Sicut hirundines aestivo tempore praesto sunt, frigore pulse recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore praesto sunt, simul atque hyemem fortunæ viderint, devolant omnes. *Lib. 4, de Aric Rhetor. ad Herennium.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Ea amicitia probabilis est, quæ honestatem laetatur; preferenda sane opibus, honoribus, potestatibus; honestati vero preferri non solet, sed honestatem sequi. *Lib. 3. Offic., cap. 15.*

2. Aperi pectus tuam amico, ut fidelis sit tibi, et capias ex eo vitæ tuæ iucunditatem. *Ibid.* cap. 16.

3. Defer amico ut aequali, nec te pudeat, ut praevias amicum officio; amicitia enim superbiam nescit. *Prosec.*

4. Nam si amici secundæ res amicos adjuvant, cur non et in adversis amici rebus amicorum adiumentum suppellet? *Ibid.*

5. Si necesse est, toleremus pro amico, etiam aspera. *Ibid.*

6. In adversis amicus probatur, nam in prosperis amici non videntur. *Prosec.*

7. Sicut in adversis amicis patientia, et tolerantia necessaria est: sic in prosperis, auctoritas congrua. *Ibid.*

8. Solatium vitæ huius est habere cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas secretum cordis. *Prosec.*

9. Ut colloces tibi fidem virum, qui in prosperis gauletur tibi, in tristibus compatitur, in persecutionibus adioretur. *Ibid.*

10. Hic est amicitiae effectus, non ut fides propter amicitiam deseratur, sed stabiliat. *Ibid.*

11. Non potest homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus. *Ibid.*

12. Pietatis custos amicitia est, et æqualitatis magistra, ut superior inferiori se exhibeat æqualem, inferior superiori. *Prosec.*

13. Inter dispares enim mores non potest esse amicitia; et ideo convenire sibi utriusque debet gratia. *Ibid.*

14. Sicut adulationis fugitans amicitia debet esse, ita etiam insolentiae aliena. *Ibid.*

15. Sicut adulationis fugitans amicitia debet esse, ita etiam insolentiae aliena. *Ibid.*

16. Virtus est enim amicitia, non quaestus: quia non pecunia queritur, sed gratia; nec licitatione praeforum, sed concertatione benevolentiae. *Ibid.*

17. Meliores amicitiae plerumque sunt inopum, quam divitum, et frequenter divites sine amicis nihil, quibus abundans pauperes. *Ibid.*

18. Non est vera amicitia, ubi est fallax adulatio. Divitibus itaque plerique assentatorie gratificantur, erga vero pauperem nemo assentator est. *Ibid.*

19. Verum est quidquid defertur pauperi, huius amicitia invidia vacat. *Ibid.*

20. Qui est unanimis, ipse amicus est, quia unitas animorum in amicis est, neque quisquam defestabilior est, quam qui amicitiam læserit. *Ibid.*

21. Inimicus vitari potest, amicus non potest, si insidari velit. *Prosec.*

22. Illum cavemus, cui non committimus consilia nostra; hunc cavere non possumus, cui commisimus. *Ibid.*

23. Nullus sic cognoscit amici veri conscientiam sicut ille, qui vere gerit amicitiam. *Ep. 9, ad Falconem Episc. Belvacens.*

24. Perfecta amicitia est, quæ in inimicitiam converti non potest. *De similit., cap. 62.*

25. Amicitia perfecta charitatis, propter distantiam locorum non solvitur. *Part. 4, titul. 8, cap. 20.*

26. Ille est verus amicus, qui vult, et operatur bona existentia, vel apparentia amico suo, non propter seipsum, sed gratia amici sui. *Ibid., § 8.*

27. Corporum nostrorum amicitia in insubstantia et inconstantia est, quæ movetur saepe ab extraneis ventis. *Ep. 7, ad fratres.*

28. Pura ac sincera amicitia humanitatis officia non vendit, gratis praestat, et citra mercedem. *Hom. in Festum kalendarum.*

29. Deus lumen cordis mei; amicitia huius mundi fornicatio est abs te. *Lib. 1. Confess., cap. 13.*

30. Amicitia hominum charo nodo dulcis est propter unitatem de multis animis. *Lib. 2. Confess. cap. 5.*

S. ANSELMUS.

S. ANTONIN.

S. ANTONIUS.

ABRAS.

S. ASTERIUS.

S. AUGUSTIN.

31. O nimis inimica amicitia, seductio mentis investigabilis: cum dicitur, Eamus, faciamus, et pudet non esse impudentem. *Ibid., cap. 9.*

32. Amicitia non est vera, nisi cum eam tu agglutinas inter coherentes tibi charitate. *Lib. 4, Confess., cap. 4.*

33. Miser est omnis animus vincens amicitia rerum mortalium, et dilaniatur cum eas amittit; et tunc sentit miseriam, qua miser est, et antequam amittat eas. *Ibid., cap. 6.*

34. Bene quidam dixit de amico suo: dimidium animæ meæ. *Ibid.*

35. Hoc, quod diligitur in amicis, sic diligitur, ut rea sit sibi humana conscientia, si non amoverit redamantem, aut si amantem non redamaverit nihil querens ex ejus corpore præter indicia benevolentiae. *Ibid., cap. 9.*

36. Solus nullum charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur. *Ibid.*

37. Sicut amici adulantes pervertunt, sic inimici ligantes plerumque corrigunt. *Lib. 9. Confess., cap. 8.*

38. Familiarissimus amicus, non solum de probabilitate humanae vitæ: verum etiam de ipsa Religione concordat cum amico; quod est veri amici manifestissimum indicium. *Lib. 3, contra Academicos, cap. 8.*

39. Amici quid aliud quam unum esse conantur? et quanto magis unum, tanto magis amici sunt. *Lib. 2, de Ordine, cap. 18.*

40. Amici huius mundi tam timent ab ejus amplexibus separari, ut nihil eis sit laboriosius, quam non laborare. *De vera Relig., cap. 35.*

41. Nescio utrum christiane amicitiae putandæ sint, in quibus magis valet vulgare privilegium (obsequium amicis, veritas odium parit) quam ecclesiasticum: fideliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. *Ep. 16, ad Hieronymum.*

42. O infida in voluntatibus amicorum scientia presentium, ubi nulla est præsentia futurorum! *Ep. 15, ad Hieronymum.*

43. Ex amico intimo factus inimicus quaerit sibi potius quod fingat astutus, non inveniat quod prodatur iratus. *Ibid.*

44. Nemo potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis; quod si gratis non fiat, nullo fieri pacto potest. *Ep. 32, ad Macedon.*

45. Vera amicitia non pensanda est temporalibus commodis, sed gratuito amore potianda. *Ibid.*

46. In quibuslibet rebus humanis, nihil est homini amicum sine homine amico. *Ep. 121, ad Probam, cap. 2.*

T. I.

47. Non omnis qui parci, amicus est: nec omnis qui verberat, inimicus; meliora enim sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. *Ep. 48, ad Vincentium.*

48. Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. *De lxxxiii, quæst. quæst. 71.*

49. Nullius repudianda est amicitia sese ingentis ad amicitiam copulanda; non ut statim recipiatur, sed ut recipiendus optetur, atque ita tractetur ut recipi possit. *Ibid.*

50. Illum receptum in amicitiam possumus dicere, cui omnia consilia nostra refundere audeamus. *Ibid.*

51. Non erit quisquam ex amicis certissimis felix, nisi fuerit adversis rebus infelix: ut videlicet alterius amore non fruatur, nisi suo dolore vel timore crucietur. *De fide rerum invisibil., cap. 1.*

52. Ut amicorum probetur erga nos charitas, videtur nostra optanda calamitas. *Ibid.*

53. Vera amicitia quanto honestior est, tanto est et securior; quanto castior, tanto iucundior; quanto liberior, tanto felicior. *De Amicit., cap. 2.*

54. Amicitia carnalis nec deliberatione suscipitur, nec iudicio probatur, nec regitur ratione; non modum servat, non honesta procurat, non commoda incommodans prospicit, sed ad omnia inconsiderate, indiscrete, leviter immoderateque progreditur. *Ibid., cap. 3.*

55. Ubi vera amicitia est, ibi idem velle, et idem nolle; tanto dulcius, quanto sincerius; tanto suavius, quanto sacratius. *Prosec.*

56. Hanc amicitiam prudentia dirigit, justitia regit, fortitudo custodit, temperantia moderatur. *Ibid.*

57. In rebus humanis nihil sanctius appetitur, nihil quaeritur utilius, nihil difficilius invenitur, nihil experitur dulcius, nihil fructuosius lenetur vera amicitia. *Ibid. cap. 5.*

58. Solus omnino est, qui sine amico est. *Ibid.*

59. Non est validior vel efficacior vulneribus nostris medicina, quam habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo congratulus. *Ibid.*

60. Amicitia est, Divitibus, pro elemosyna, exulibus, pro patria; pauperibus, pro censu; ægrotis, pro medicina; mortis, pro vita; sanis, pro gratia; imbecillibus pro premio. *De Amicitia.*

61. Fœdus est amor, nec amicitia dignus, quo tempore aliquid ab amico exigitur. *Ibid. cap. 7.*

62. Tibi eligendus est in amicum, quem non iracundia furor inquietet, non instabilitas dividat, non conterat suspicio, non verboritas a debita gravitate dissolvat. *Ibid. cap. 15.*

63. Dissuenda sunt amicitiae, non rumpenda. *Ibid.*

64. Nihil in amicitia fide praestantius, quae ipsius nutrix videtur et custos. *Ibid.* cap. 19.

65. Fidelis proprie amicus, nihil in amico (quod extra ejus animum sit) intuetur. *Ibid.*

66. Fides amici in prosperis latet, sed eminet in adversis. *Ibid.*

67. Amici divites multi, sed utrum veri sint, interveniens adversitas probat. *Ibid.*

68. Detrahere amico venenum amicitiae est. *Ibid.* cap. 13.

69. Amicitia non debet esse mercenaria, sed gratuita. *Ibid.* cap. 20.

70. Cuius illum, quem in amicum eligis, probanda est discretio. *Ibid.* cap. 21.

71. Si quis amicus sine discretione fuerit, sicut navis sine gubernaculo, pro impetu spei instabili motu semper feretur. *Ibid.*

72. Nihil occultat amicus, si verus est. *Ibid.* cap. 23.

73. Prae omnibus, inter amicos, cavenda est suspicio, quae est amicitiae venenum. *Ibid.* cap. 24.

74. Nunquam tuo te preferas amico; non enim amicitia recte colitur a quibus aequalitas non servatur. *Ibid.*

75. Perde, inquit Salomon, pecuniam propter amicum; si enim pecunia perdenda est propter amicum, multo magis amici utilitatibus, vel necessitatibus conferenda. *Ibid.* cap. 25.

76. Non est amicus, qui amico non subvenit. *Ibid.* cap. 26.

77. Tolerabiliora sunt amici vulnera, quam adulantium oscula. *Ibid.* cap. 27.

78. Sunt amici amicitia (quae nec amicitia dicenda est) quam facit mala conscientia. *Hom.* 38. ex *quinquaginta Homiliis*.

79. Conveniunt duo homines, ambulant secum triduo, et jam nolunt a se recedere: est quaedam amicitiae dulcedo, sed ista amicitia consuetudinis est, non rationis: habent illam et pecora. *Ibid.*

80. Illam legem amicitiae iustissimam esse arbitror, qua praescribitur, ut non minus, ita nec plus quisque amicum quam seipsum diligat. *Lib. 1. Soliloq.* cap. 3.

81. Fundamentum amicitiae, Dei amor est, ad quem omnia, quae vel amor suggerit, vel affectus cupisiliter amici, referenda sunt. *De Amicit.* cap. 11.

82. Non deserit amicum, qui bene optat inimico. In praefat. *Psalm.* xxxi.

83. Agnus, et ovis, et pastor, inter se amica sunt. *Tract.* 46. in cap. 10. *Joan.*

84. Insuper valde est et inexpertus, qui

amicitias mulierum procurat. *Ser.* 37. *ad Frat.* in *Evangelio*.

85. Amicum res secundae parant, adversae probant. In suis *proverb.* verbo *Amicum*.

86. Inter amicos contra veritatem, nulla debet esse metuculosa palpatio. *Ep.* 35. *ad Magistr.* *Hugonem*.

87. Occasio nunquam deicit ei, qui vult recedere ab amico. *Ep.* 126. *ad Episcopos Aquitanie*.

88. Amicus in necessitate probatur. *Ep.* 125.

89. Vere erunt amicitiae, si veritatis fuerint federatae consortio. *Ep.* 78. *ad Suggestum Abb.* *S. Dionysii*.

90. Etsi facie ignotus nobis, etsi corpore remotus a nobis, amicus tamen es; et amicitia notum jam nobis et praesentem te facit. *Ep.* 103. *Ad quemdam*.

91. Amicitia pauperum regum amicos constituit; amor paupertatis, reges; regnum denique colorum pauperum est, et est regiae potestatis beare pro volutate amicos. *Ibid.*

92. Felix amicorum societas, et amicitia, qua nihil est in rebus humanis pulchrius. *De ordine vitae*.

93. Vera amicitia nulla occasione excluditur nullo tempore deletur; sed, ubicunque se verterit tempus, illa firma persistit. *Serm.* 13. *Ad sororem*.

94. Habet vera amicitia nonnunquam objurgationem, adulationem nunquam. *Ep.* 242. *ad Romanos*.

95. Tene quod major est amicus, qui sua tribuit quam qui seipsum offert. In *Ep.* *de Cura et regimine rei familiaris*.

96. De verbis est magna copia amicorum. *Ibid.*

97. Amicum non reputes, qui te praesentem laudat. *Ibid.*

98. Si consulis amico, non cures placere ei, sed rationi. *Ibid.*

99. Pretiosissimum genus divitiarum est, amicos invenisse. *Lib.* 2. *de Consol.* *Philos.* prosa 8.

100. Amicorum quod sanctissimum quidem genus est, non in fortuna, sed in virtute numeratur. *Ibid.*, lib. 3, prosa 2.

101. Non praesidio sunt amici, quos non virtus, sed fortuna conciliat. *Ibid.*, prosa 5.

102. Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. *Ibid.*

103. Hodie, proh dolor! nulli sunt amici persae, sed multi sunt amici fortunae. *Serm.* 2, *de S. Thoma*.

104. Nihil in hac vita dulcius, nihil suavius, nihil fructuosius amicitia bona, nihilque amicitia mala pejus, nihilque damnosius: si tamen amicitia mala, amicitia est. *Ser.* 10.

V. BEDA.

S. BERNARD.

BOETIUS.

S. DONAVENT.

105. Amicitia perversorum est arcenda, dum incipit, ne forte non possit arceri, dum robor exereverit. *Ibid.*

106. Funiculus triplex difficile rumpitur, eo quod trium amicitia sit firmissima, dum etiam perfecto numero sit conjuncta. *Ibid.*

107. Non credas unquam amicum tibi fuisse, quem videris tibi in adversitatibus defecisse. *Ibid.*

108. Amicus simulator, non amicum, sed dona sua diligit. *Ibid.*

109. Malus amicus est, qui in vita existit, et in morte deficit. *Serm.* 1, *de uno Martyr.*

110. Amici veri semper simul sunt, et licet corporibus separentur, memoria tamen junguntur. *Lib.* 7. *Recognit.*

111. Inimicum facilius est cavere quam amicum. *Lib.* 6. *Stromat.*

112. Quos artissima jungit amicitia, propter summum animorum consensum, unus animus esse dicantur. *De Duplici Martyrio*, cap. 3.

113. O infelix amicitia, quae illum quem diligit, taecendo et defendendo diabolo tradit: illum vero cui irata est reprehendendo, a diabolo abstrahit. *Sup. Apocalyp.* cap. 2.

114. Quanto gravior est querimonia amici patientis, tanto efficacior requiritur consolatio amici compatientis. In *Annot. sup. cap.* 3. *Job*.

115. Libertatem amicum alloquendi, et fiduciam amicitia suggerit. *Ibid.*

116. Maxime vero tunc amici fertur libertas, cum in gravi dolore ab amico laborare cernitur.

117. Charissimus est, qui charitate plenissimus est. *Serm.* 41 *sup. Cant.*

118. Nee prosperitas amicum indicat, nec adversitas inimicum celat: ille saepe prosperitatis reverentia tegitur, et iste ex confidentia adversitatis aperitur. *Lib.* 7. *Moral.* cap. 10.

119. Amicus veritatis est, recte amor actionis. *Lib.* 27. *Moral.* cap. 8.

120. Amicus, animae custos dicitur. *Ibid.*

121. Amicorum amissio tanto debet tolerabilis mentem contristare, quanto amissuros illos condilio mortalitatis exposcit. *Lib.* 1, in *Registr.*, indict. 9, cap. 11, ep. 11, *ad Clementinam patriam*.

122. Amicorum absentia, quamvis a carnalibus oculis longe sit, mentis tamen aspectibus nunquam deest. *Ibid.* lib. 3, indict. 12, cap. 38, ep. 38, *ad Marcellum scholastic.*

123. Cum amicis omnia tractanda sunt, prius de seipsis. *Ibid.* lib. 1, indict. 9, cap. 33, ep. 33, *ad Venantium cancellor.*

124. Amici, quem videre non licet, bona amicum pascit opinio. *Ibid.*, lib. 7, indict. 1, cap. 34, ep. 34, *ad Leonium exconsulem*.

125. Amico fideli nil pretiosius existit, nec pulchritudo ejus expendi potest. *Prose.*

126. Amicus fidelis protectio fortis est, et munus regio.

127. Amicus fidelis, thesaurus est animatus.

128. Amicus fidelis, longe aurum et lapides exsuperat pretiosos.

129. Amicus fidelis, hortus est conclusus, fons signatus, in tempore apertus et conclusus.

130. Amicus fidelis, pectus est refrigerii. *Orat.* 2, in *praesentia S. Basilii*.

131. Gravissima est calamitas homini adversa fortuna ulenti, carere amico, qui jacentem luctuque afflictum excipit ac recreat. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 4.

132. Eadem velle, et eadem nolle, ea demum firma amicitia est. *Ep.* 8 *ad Demetriad.*

133. Nihil omnino amico poscenti dare, amicitiae dissimulatio est. *Ep.* 12. *ad Gaudentinum*.

134. In amicis non res diligitur, sed voluntas; quia ab inimicis saepe praebetur, alterum sola charitas tribuit. *Ep.* 33. *ad Costrutium*.

135. Amicitia, quae desinere potest, vera nunquam fuit. *Ep.* 41. *ad Rufin.*

136. Vera amicitia, quod sentit, dissimulare non debet. *Ep.* 20. *ad Rufin.*

137. Levius est professum inimicum cavere, quam hostem latentem sub amici nomine sustinere. *Ep.* 21. *ad Pamnoch. et Marcellin.* lib. 2.

138. Quae est major inimicitia, quam amicitiae necessitate sociare? *Lib.* 2. *Dialog. adversus Pelagianos*.

139. Vera illa necessitudo est, et Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non praesentia tantum corporum, non subdola et palpans adulatio; sed Dei timor, et divinarum scripturarum studia conciliant. *Ep.* 1. *ad Paulin.*

140. Vera amicitia nullo livore comitata in quanto augetur numero, tanto crescit et robore. In *Regula Monach.* cap. 28.

141. Verus amicus et fidelis, protectio est fortis, medicamentum vitae, et immortalitatis. *Lib.* 1. in *Lament. Hierem.* cap. 1. *sup. illud. Vocavi amicos*.

142. Sunt qui dicuntur amici, sed magis ostenduntur inimici, quia ingrediuntur ad inimicitiam, odium et rixam, et convivia denudant; convivae fiunt et socii mensae, sed non permanent in die necessitatis. *Ibid.*

143. Qui propter aliquod est amicus, non tam amicus ejus est, quem amare se simulat (ab amore quippe amicus dicitur) quam ejus rei quam diligit. *Lib.* 2. *sup. Michæam*, cap. 7.

144. Interrogatus quidam quid esset amicus, respondit: Alter ego. *Ibid.*

S. GREGOR. NAZ.

S. GREGOR. THAUMATURG.

S. HIERON.

143. Nunc inter amicos rara fides est, cum aliud in labiis, aliud in corde versatur: venenum animi lingua mella tegunt. *Ibid.*
144. Amici divitum multi; a pauperibus autem qui videntur esse, discidunt. *Ibid.*
147. Amicus diu queritur, vix invenitur, difficile servatur. *Ibid.*
148. Amicitia pares aut accipit, aut facit; ubi inaequalitas est et alterius subjectio, ibi non tam amicitia quam adulatio est. *Ibid.*
149. Sit amicus eadem anima. *Ibid.*
150. Nolite credere amicis, id est his hominibus, qui de amicitia sectantur lucra; si vis vera amicitia delectari, esto amicus Dei. *Ibid.*
151. Delicata est amicitia quae amicorum felicitates et divitias sequitur; istiusmodi homines non sunt amici, sed seipsum diligunt. *Ibid.*
152. Si quis voluerit tuis misceri amicitia, et hunc videris prioris amici pendente secreta, hunc veluti perditum cave. Lib. 2. *Proverb. cap. 20, sup. illud: Et qui revelat mysteria.*
153. Obsequio putavit poeta amicos fieri; veritate dempta non tam obsequium est, quam adulatio; et assentationem istam clandestinas magis inimicitias, quam amicitias dici debere, perspicuum est. Lib. 2. *sup. Ep. ad Galat. cap. 4. in illud: Inimicus vobis factus sum.*
154. Verus amicus semper diligit, non in prosperitate tantum sed etiam in adversitate; si amicus fuisti in prosperitate, dilige in adversitate. *De Sacram., lib. 2. Part. 43, cap. 41.*
155. Non est verus amicus (etiam quando amicus esse videtur) qui secundum tempus nutat, et in utramque partem post fortunam movetur. *Ibid.*
156. Verus amicus est, qui hominem amat, non pecuniam; amicum, non lucrum. *Prosec.*
157. Qui enim propter solam pecuniam amicum amat, quando pecunia abundat, amat; quando deficit, dilectio deficit. *Ibid.*
158. Vere amici fortunae sunt, qui cum prosperitate veniunt, et ea recedente recedunt. *Sup. Job, cap. 6, in illud: Necessarii mei recesserunt a me.*
159. Inops est, qui sine ope amicorum est. *Sup. Psalm. 41.*
160. Amicus non est, qui particeps omnis fortunae non est. *Sup. Prov., cap. 21.*
161. Facilius in adversis probatur amicus, et inimicus; multi enim sunt amici solo nomine, et recedente fortuna insulant, qui prius adabantur. *Sup. Ecclesiast., cap. 12.*
162. Si verus amicus est, in adversis non deserit, sed magis diligit; si autem deserit, non erat verus amicus, sed amicus fortunae. *Ibid.*
163. Ille verus amicus est, qui omnia bona

- sua amico communicat, et mala ejus facit sua. *Prosec.*
164. Qui vero alter amat, fictus est amicus, et nomine tenus. *Ibid., cap. 36.*
165. Magnum malum est, et valde dolendum, quod, ubi fides speratur, invenitur malignitas; ubi speratur amicitia, invenitur perversitas. *Ibid.*
166. Attende et considera in animo tuo, qualis sit qui se dicit amicum tuum, antequam te credas illi. *Ibid.*
167. Haec est vera amicitia, unio voluntatum. *Ibid.*
168. Amicus ventris est inimicus crucis, id est poenitentiae. *Sup. Ep. ad Philipp., cap. 3.*
169. Principium amicitiae, est bene loqui: male vero dicere, exordium inimicitiarum est. In *Contempl. de amor., cap. 2.*
170. Haec est amicitia fida, indissolubilisque junctio, quae solo virtutum paritate federatur. *Prosec.*
171. In his tantum indrupta potest permanere, in quibus unum propositum ac voluntas, unum velle ac nolle consistit. In *Collat. 16. Abbat. Joseph., cap. 3.*
172. Plena atque perfecta amicitiae gratia, nisi inter perfectos viros, ejusdemque virtutis perseverare non potest. *Ibid., cap. 5.*
173. Non retineas amicos damni magistros, non retineas amicos mense magis quam amicitiae cupidos; hi omnes, nisi deliciis dirumparis, non erunt tibi amici. *Hom. 49, sup. Matth.*
174. Ubi gloriae cupiditas est ibi (quia livor vires suas exercet), nulla sincera potest amicitia inveniri. *Ibid. Hom. 59.*
175. Amicitia atque necessitudo ad nocendum et ad juvandum plus nonnunquam efficit, quam necessitas potuisset. *Ibid. Hom. 60.*
176. Christi causa difficillime quemquam invenies, qui amicum ut oportet diligit, sed omnes fere secularium vinculo rerum inter se vincuntur. *Ibid. Hom. 61.*
177. Qui caducis et instabilibus causis copulantur, eorum conjunctio perpetua esse non potest; sed vel contemptus, vel pecuniarum jactura, vel livor, vel gloriae cupiditas, vel aliud hujusmodi amicitia dissoluta dissidium inducit: ubi si spiritualis esset radix, nulla res secularis eam evelleret. *Ibid.*
178. Qui amicum amat quoniam redamatur, si quid minus jucundum ab amico ad eum profectum fuerit, finem amandi fecit. *Prosec.*
179. Qui autem Christi charitate amicis conglutatur, nunquam ab amando desistit,ulloque dissidio disjungetur. *Ibid.*

IDIOTA.

JOAN. CASS.

S. JOANNES
CHRYSOLOG.

180. Inimicus manifestus melior est, quam amicus fictus; ille, dum timetur facile vitatur; iste, dum non cognoscitur, praevalet. *Hom. 42. Oper. imperf. sup. Matth.*
184. Corruptibilis est dilectio carnis, et mendax omnis secularis amicitia, quae divini timoris vinculo non est ligata. *Ibid., Hom. 24.*
182. Visitatione amicorum semper suavis est, multo tamen suavior tempore luctus, et afflictionis. *Ibid. Hom. 51.*
183. Quae amicitiae tantam contrahere unionem posset quantum fidei cognitio? *Hom. 14, sup. Joan.*
184. Talis consuetudo omnium malignorum, quando aliquem in occulto gravius laedere volunt ut illi amicitias fingant. *Homil. 2. Oper. imperf. sup. Matth.*
185. Qui nullum amicum habet, quamvis ditissimus sit, quamvis omni copia et deliciis abundet, quamvis innumera bona possideat, omnibus caret: hujusmodi vir quam vitam vivet? *Hom. 77, sup. Joan.*
186. Amicitiae pares aut querunt, aut faciunt; diversa vero aut voluntas, aut necessitas jungit. *Hom. sup. illud. Joann. Veniet hora, etc.*
187. Amicus officio comprobatur. *Hom. 1, in dictum Joan. 15. Vos amici mei estis.*
188. Non potest amicus existere, qui amicitiae jura non servat. *Ibid. Hom. 2.*
189. Amicitia amoris est vinculum, unde nominis ducit exordium. *Ibid.*
190. Frustra tibi amici nomen imponis, si amici jussa non feceris. *Ibid.*
191. Vera amicitia, murus est qui non rumpitur, nec a diabolo capitur, nedum ab hominibus. *Hom. 40, in Acta Apost.*
192. Non potest in pericula incidere, cui plurimi sunt amici. *Ibid.*
193. Magna sapientiae est, posse esse amicitiae conditorem. *Ibid.*
194. Nihil sic facit amicum, ut lingua gratitudinis studiosa. *Ibid. Hom. 42, in Morali.*
195. Nihil ita amicos facit ac confirmat, sicut tribulatio. *Ibid. Hom. 42. In Morali.*
196. Inimici sui amicum nemo in amicitias sumit nisi qui amico inimicus esse voluerit. *Serm. 1, de Mariyribus.*
197. Inimicus, etsi me osculetur, insuavis est, amicus etsi vulneret, amabilis: illius osculum suspicione plenum est, hujus vulnus medicamenti vim habet. *Prosec.*
198. Amici, sive juste sive injuste arguant, non opprobare volunt, sed emendare: inimici autem, etsi juste reprehendant, non est ut corrigant, sed ut exsibent. *Hom. 9, in dictum Apost. 1. Thess. 4. De dormientibus, etc., circa init.*
199. Nihil ita facit amicos, ut studium illud proximum honorando vincendi: haec enim ratione et nascitur dilectio et nata perdurat: non dilectio solum hinc nascitur sed, et major honor. *Serm. 21. Sup. Ep. ad Rom.*
200. Amicus cui una proposita utilitas est, et salus amici, hanc si non curat, etiamsi sexcentis se praedict amicum, hoste quolibet magis est infensus. *Hom. 33, sup. Ep. 1, ad Cor.*
201. Haec vera amicitia est, non amplius amantem, amatumque duos ac diversos esse, sed unum quemdam hominem: quod non aliunde, quam charitatis vi fieri potest. *Ibid.*
202. Quemadmodum nemo apud seipsum quid habet, neque etiam seipsum odare quidquam potest, ita neque amicos. *Serm. 9, sup. Ep. ad Ephes.*
203. Nullam tam certum est amicitiae iudicium, quam non dissimulare delinquentibus. *Ibid., in Morali.*
204. Nihil his vilius omnibus, qui amici fiunt a mensa et repletione; nihil illa amicitia frigidius, nihil abjectius. *Hom. 4, sup. Ep. ad Coloss.*
205. Vita pharmacum, est fidus amicus. *Hom. 2, sup. Ep. 2, ad Thess.*
206. Nequit sermone comprehendit, quantum afferat voluptatem amicorum praesentia. *Ibid.*
207. Beneficium petere, et vicissim accipere, apud verum amicum sine suspitione licet. *Ibid.*
208. Magnum quid est amicitia, et quam magnum sit, experientia docet. *Ibid.*
209. Omnes voluptates excellit amicitia, et praesentia vita suavior amicus est. *Ibid.*
210. Ex amicitia mundana, fornicatio nascitur. *Ibid. Hom. 4.*
211. Nihil ita humano generi nocere consuevit, sicut amicitiam contemnere, et nihil est e contra quod ita res humanas moderetur ac dirigat, sicut amicitiam omnium viribus consequi. *Hom. 2, sup. Ep. 1, ad Tim.*
212. Bonorum omnium amicitia aptissimum instrumentum est. *Hom. 7, sup. Epist. 2, ad Tim.*
213. Vis ditari? amicum habes et omnium ditissimus eris. *Hom. 2, ad Popul. Antioch.*
214. Ubi amicitia permanet, nihil facile creditur nihil facile recipitur, quod dissidium operari possit. *Lib. 1, de Compunct. cordis.*
215. Fugiende sunt amicitiae, si offendant; si minus probentur, fuge. *Hom. 1, de Incomprehensibilitate Dei natura.*
216. Quis peior est, inimicus apertus, an qui se fingit amicum? *Prosec.*

217. Puto quod melior est inimicus apertus quam amicus falsus. Hom. 45. *Oper. imperf. sup. Math.*

218. Amicus germanus ipsa luce jucundior est; est enim nobis solem hunc extingui jucundius quam amicorum consuetudine privari. *Prosec.*

219. Jucundius est in tenebris agere, quam sine amicis esse. Hom. 2, sup. *Ep. 1, ad Thess.*

220. Non manducare et bibere facit amicitiam (talem namque et latrones habent, et homicidæ) sed, si amici sumus, hæc ad amicitiam nos adducunt, quæ nobis utilis sit. Hom. 30, sup. *Ep. 1, ad Tim. in Moral.*

S. JOAN. DAM. 221. Quæ amicis dicuntur (etiam contumeliæ sint) toleranda sunt. Lib. 3. *Parall.*, cap. 103.

S. ISIDORUS HISPALENS. 222. Tunc vere amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo ametur. *Prosec.*

223. Qui vero pro se amicum amat, insipienter eum amplectitur.

224. Qui intemperanter amicum amat, pro se magis illum, quam pro Deo amat. Lib. 3, de sum. bono, cap. 28.

225. Amicitia et prosperas res dulciores esse facit, et adversas communionem temperat, levioresque reddit. *Prosec.*

226. Quia dum in tribulatione amici consolatior adjungitur, nec fragitur animus, nec cadere patitur. *Ibid.* cap. 28.

227. Cito per adversa fraudulentus patet amicus. *Ibid.* cap. 29.

228. Nam in prosperitate incerta est amicitia: nec scitur utrum persona, an felicitas diligatur. *Ibid.*

229. Sepe per simulationem amicitia colitur, ut qui non potuit aperte decipere, decipiat fraudulentè. *Ibid.* cap. 29.

230. Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur; ubicunque enim se verterit tempus, illa firma est. *Ibid.* cap. 29.

231. Rari sunt amici, qui usque in finem existant chari. *Prosec.*

232. Nam multos à charitate aut adversitas temporis, aut contentio qualibet actionis avertit.

233. Sepe per honores quorundam mutantur et mores, et quos ante conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris venerunt, amicos habere desipiunt. *Ibid.* cap. 29.

234. Inter veros amicos, amicitia ex benevolentia oritur; inter fictos, beneficio adjungitur. *Ibid.* cap. 30.

235. Non sunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat; nam cito deserunt, nisi semper acceperint. *Prosec.*

236. Dilectio enim, quæ munere glutinatur, eodem suspensio dissolvitur. *Ibid.*

237. Illa vera est amicitia, quæ nihil querit ex rebus amici, nisi solam benevolentiam: scilicet ut gratis amet amantem. *Ibid.*

238. Plerumque amicitia ex necessitate, vel indigentia nascitur, ut sit per quem quisque quod desiderat, consequatur. *Prosec.*

239. Ille autem eam veraciter querit, qui nihil egendo eam appetit.

240. Nam illa ex inopia brevis est, et fucata; ista pura, et perpetua. *Ibid.*

241. Amicitia in rebus tantum bonis habenda est; nam cui ea in malo utuntur, non sibi amici, sed inimici existant. *Ibid.* cap. 31.

242. Amici omnes colendi sunt; nec solum amicus faciendus est, qui objugare soleat, sed etiam audiendus. *Ep. ad Zenam.*

243. Quos felicitas fecit amicos, infortunium inimicos facit. Part. 1. *de ligno vitæ.* tract. 4. *de charit.* cap. 17.

244. Inter homines ea firma amicitia est, quam morum similitudo sociarit, cum tamen paritas voluntatum sæpe in reprobos tendat affectus. Ser. 1. *de Jejunio decimi mensis.*

245. Ille germanus est amicus, qui ingruente infortunio tribulationes et difficultates et calamitates una cum proximo, perinde ut suas, animi consternatione et perturbatione tolerat. *De charitate,* centuria 3. cap. 78.

246. Multi sunt amici, sed rebus secundis prosperis, cæterum tentationis tempore, vix unum invenies. *Ibid.* Centuria 4. cap. 94.

247. Dulcis ille amicus est, qui animam pascit. *Parænesi 7.*

248. Amicus qui læsus desinit diligere quem amaverat, amicus in veritate non fuit. *Pros.*

249. Ille longe est a lege amicitia alienus, qui sic hodie amat, ut cras oderit.

250. Sic omni homini amicus, ut nemini fidus; hodie laudans, cras vituperans; hodie blandiens, cras mordens; hodie promptus ad oscula, cras ad opprobria.

251. Cujus amicitia leviter comparatur, et levi exsufflatur offensâ. *De Amicit.* cap. 1.

252. Vera amicitia in se solida est, et in omnibus amici necessitatibus, ad omnem compassionem et tolerantiam se conquadrans, gravius ex amici compassione affligitur, quam ex passione amicus. *Ibid.*

253. In rebus humanis nihil dulcius amicitia invenitur, nihil sanius appetitur, nihil fructuosius custoditur. *Prosec.*

254. Ipsa propria suavitate virtutes alias condit, adversa temperat, prospera componit, tristia jucundat. *Ibid.*, cap. 3.

255. Homo sine amicitia non habet cui vitam

et affectus suos communicet, cui conscientia suæ sinum aperiat, eui ad solatium suum aliquid de molestiis terrentibus evaporet. *Ibid.*

256. Solus est, qui sine amico est: vere dicitur solus, quia (si ceciderit) non habet sublevantem. *Ibid.*

257. Quanta est jucunditas, quanta securitas habere cum quo loquaris, ut tecum? *Prosec.*

258. Cui cordis tui secreta committere audeas, quem in secretioribus tuis habeas ut teipsum.

259. Cui plena securitate reveles, quantum in studiis spiritualibus a teipso defeceris, aut profeceris apud Deum. *Ibid.*

260. Quid desiderabilius aut dulcius, quam ut duorum tanta sit unio animorum, quod cum alter corripitur ab altero, vel laudetur, nulla interveniat ira, nulla seditio, nulla inter eos formido criminis, adulationisve suspicio. *Ibid.*

261. Optima medicina est homini, homo, qui ejus remediatur adversis, qui ejus condescendit incommodis, qui gravia levigat, qui amici onera, quasi juncto humero simul portat. *Prosec.*

262. Nec enim verus amicus impotentius propriam injuriam sustinet, quam amici. *Ibid.*

263. Amicitia quidam gradus est hominibus ad Deum. *Ibid.*

264. In amicitia vera nihil est inhonestum, nihil simulatorium, nihil lucri temporalis, aut inanis gloriæ venativum. *Prosec.*

265. Non enim amor ille nomine, vel honore amicitia dignus est, qui alicujus mundanæ utilitatis obtentu contrahitur.

266. Amicitia, siquidem ipsa sui causa est, ipsa sibi merces, et longe extra fines amicitia: amor ille subsistit; quem expectatio ambitiosa, vel spes questuaria antecedit. *Ibid.* cap. 4.

267. Naturalis amicitia, modestie legem sæpe transgreditur, Dei, et salutis suæ obliviscens ex nimia teneritudine, et affectione. *Ibid.* cap. 5.

268. Ex officio contrahitur amicitia, dum ratione dati et accepti, mutua inter amicos gratia coalescit. *Prosec.*

269. Sed timeat quisquis veræ amicitia professor est, ne sub liberalitatis obtentu venenum amicitia venalis obrepit.

270. Sane pura et sola ratio amicitia causam præstat, cum aliquos divina potius auctoritate, quam proprio affectu diligimus. *Ibid.*

271. Amicitia, quam immanis cupiditas introducit, fraudulenta est, nihil certum, nihil securum, nihil stabile habet. *Prosec.*

272. Bona hominis amat, non hominem: amorem metitur ex questu, fortunam volis amplectitur, non personam.

273. Mercalis est hæc amicitia, quanto eviden-

tius consentanea est cupiditati, tanto longius est ab amicitia palatio relegata. *Ibid.* cap. 7.

274. Non est amicitia in questu, nec in assentatione, sed in veritate et fide. *Ibid.*

275. Est amicitia sincerissimus fomes, sinceritas affectionum, mutua obsequia, rerum honestarum crebra collatio, paritas voluntatis, jugis et inviolabilis fides. *Ibid.* cap. 7.

276. Vera amicitia inter bonos tantum oriri solet: inter meliores proficere, inter optimos connumerari. *Ibid.* cap. 8.

277. Bona non essent, nisi mutuo sibi quidam amicabili federe consentirent. *Ibid.* cap. 9.

278. Erubescant veræ nomen amicitia profiteri, qui cum vitiorum assensu, vel cooperatione contaminant. *Prosec.*

279. Qui, honestatis vocabulo abutentes, mutua gloriæ amicitia sibi sacrilega præsumptione usurpant. *Ibid.* cap. 10.

280. Sunt quatuor vitia, quibus præclarus honor amicitia sæpius offuscatur: scilicet iracundia, instabilitas, suspicia atque garrulitas. *Ibid.* cap. 12.

281. Nihil amicitia magis congruit, quam quedam pax, et quieta tranquillitas cordis. *Ibid.* cap. 13.

282. Talem tibi eligas in amicum, qui tuis moribus, et tuæ conveniat honestati. *Ibid.*, cap. 13.

283. Vera amicitia eodem oculo intuetur amicum divitem vel mendicum, fortem aut debilem, sanum aut ægrum, humilem aut sublimem. *Ibid.* cap. 14.

284. Solidiores inveniuntur plerumque pauperum amicitia, quam magnatum. *Prosec.*

285. Tanto potior est erga pauperem amicitia, quanto nulla circa eam subest adulationis vel simulationis occasio. *Ibid.* cap. 15.

286. Discretio inter amicos plurimum necessaria est: sicut enim navis sine remige, sic spiritus amicorum sine discretionem. *Ibid.* cap. 16.

287. Fovenda est amicitia cum exactissima sollicitudine et cautela: in primis omnis ab ea relegatur suspicio, ipsa enim amicitia venenum est. *Ibid.* cap. 18.

288. Sic fovenda est amicitia, ut sit in nostro sermone jucunditas, hilaritas in vultu, suavitas in moribus. *Ibid.* cap. 18.

289. Lex amicitia est, tanto reverentius amicum suscipere, quanto majori necessitate intelligimus laborare. *Ibid.* cap. 19.

290. Hæc est amicitia vera, stabilis et æterna, quæ sic tentata est, sic arietibus et machinis pulsata, non nutata, non suspicione movetur, non invidia vel ambitione, non injuriis, non commi-

nationibus vel improperiis lacessita vacillat. *Ibid.* cap. 19.

291. Optimus amicitiae comes, et ornamentum pretiosissimum, verecundia est. *Ibid.* cap. 22.

292. E diverso peremptoria ejus est inverecundia, et attrite frontis infirmitas.

293. Amico quod honestum est suadeas aperte, libere et secure. *Prosec.*

294. Et si utilitas ejus exegerit, eundem ne timeas objurgare.

295. Fiat admonitio, non acerba; objurgatio, non contumeliosa; adsit honesta, et suavis affabilitas. *Ibid.* cap. 22.

296. Veteris amicitiae vestigiis aliqua reverentia semper impendenda est, nisi eam enormitas reatus eliminet. *Ibid.* cap. 25.

297. Amicitia vera non est, nisi suum habeat in Deo fundamentum. *De charitate*, cap. 1.

298. Pereat omnis casus, a quo amicitiae infirmitas occidat. Lib. 1. Epist. 9. *ad Hugonem Senonensem archiepisc.*

299. Amicum vel non habet, vel habere se non credit, qui fortunam suam quamcumque dubitat aperire, aut instat tanquam ab invito aliquid extorquere. *Ibid.* Ep. 18. *ad Joan. Episc.*

300. Amicus tam omnium consiliorum debet esse conscius, quam coadjutor in omnibus voluntariis. *Ibid.*

301. In omni possessione praecellit amicorum possessio: potest enim parari, sed comparari non potest amicus. *Ibid.* lib. 2. Ep. 6. *ad Abbatem Moltismensem.*

302. Non perfunctorie amicus occurrens est recipiendus, sed cum labore quaerendus, cum deliberatione admittendus, cum studio retinendus, cum omni vigilantia laesus reconciliandus, cum instantia (forte lapsus) prosequendus, et revocandus. *Ibid.*

303. Non possideas amicum, tanquam praedium. *Prosec.*

304. Qui in amico requirit non animum, sed aurum; non fidem, sed faciem; non mores, sed vestes; non naturam, sed fortunam: causa propriae utilitatis, non bonitatis amicum quaerit. *Ibid.*

305. Repentina non omnimodo approbanda est amicitia, sed quae germinat cognitione, crescit familiaritate, frondescit consuetudine, germen cordis amplitudina, fructificat perfecta identitate. *Ibid.*

306. Semper in amicitia minus est pollicendum, amplius praestandum. *Ibid.*

307. Parcius laudare amicos, amplius amare debemus; severius quoque mala eorum corrigere, quam male sana palpando contractare. *Ibid.* Ep. 10. *ad Abbatissam quandam.*

308. Vera amicitia puritate virginea, et caloris perpetuitate, neque adulteratur, neque refrigeratur: sed quotidiana renovatione cum sole semper oritur, nec moritur. *Ibid.* lib. 9. Ep. 2. *ad Praxestinum episc.*

309. Si amicos morum facit imitatio, morum similitudo conjungit. *Serin.* 101.

310. Unanimis amicitiae proprium est, ut cum fratre frater, et prospera communicet et adversa. Lib. 6. Ep. 19. *ad Rodolph. et Ariprandum monachos.*

311. Ille fedus amicitiae violat, qui gratis amicum per offensionis molestiam pulsat. *Prosec.*

312. Ille irritum beneficii pactum reddit, quia prior violat amicitiae sacramentum. *Opusc.* 4.

313. Malorum cum incaute amicitis jungimur, culpis ligamur. *Opusc.* 12. cap. 14.

314. Amicitia res est inter mortales admodum pretiosa: sed quanto carior, tanto rarior. Lib. 1. epist. 4. *ad Aconem episc. Trecentis.*

315. Verus amor honorum sentit vicissitudinem, qui in omni casuum permutatione integrum semper novit amice servare fidem. *Ibid.* Ep. 12. *ad Guillelm. Archiep. Ebruedunensem.*

316. Adulterare nemo amicum dixerit; est enim adulatio vitium amicitiae. Lib. 2. *Legis allegor.*

317. Non sanctum est, ut de moribus amici cito perperam sentias. Lib. 4. Ep. 14. *ad Montium.*

318. Sinceritas amici in tentatione ostenditur quando scilicet in necessitate communicat. *Hecatonlade* 1. sent. 21.

319. Amicum tibi para, virum laboris patientem, et avidum, et in lapsibus tuis praesidium invenies. *Ibid.* *Hecatonlade* 3. sent. 59.

320. Felix indiget amicis, non quidem propter utilitatem, (cum sit sibi sufficiens) nec propter delectationem, quia habet in seipso delectationem sed ut eos inspiciens benefacere delectetur, et ut ab eis beneficiando adjuvetur. Part. 1. quaest. 4. art. 8.

321. Magis est amicis auxilium dandum ad recuperationem virtutis, quam ad recuperationem pecuniae, si eam amiserint: quanto virtus est magis amicitiae affinis, quam pecunia. *Secunda secunda*, quaest. 25. art. 6. ad 2.

322. Amicus est melior, quam honor; et amari quam honorari. *Secund. secunda*, quaest. 74. art. 2.

323. Illum dilige, et amicum tibi retine, qui omnibus recedentibus te non relinquet, nec tibi in fine perire. Lib. 2. *de Imi. Christi*, cap. 7.

324. Amicus tuus est, qui in Deo te amat, et propter Deum te tolerat. *Pros.*

S. PETRUS
GRYSOL.

S. PETRUS
DAMIANUS.

S. VALERIAN.

S. ZENO.

ARISTOTEL.

PETRUS
MAURIT.
CLUNIAE.

PEILO
JUREUS.

S. SIDONIUS.

THALASSIUS.

S. THOMAS
AQUINAS.

THOMAS
A KEMPIS.

325. Vere ille amicus tibi est, qui salutem animae diligit, non qui foris blanditur et applaudit. *De recogit. propria fragil.* cap. 3.

326. Hoc est amicitias colere, alienam iracundiam moderationis studio sustinere, et ferventes amici animos patientia temperare. *Homil. 10. de Parasitis.*

327. Primus dilectionis gradus est, charitatis affectum amicitias nutrire. *Ibid.* Hom. 12.

328. Amicitia mulierum, magis in facie alludit, quam in cordibus commoratur. *Serm. 2. de Avaritia.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

329. Amicus, est alter ego. Lib. 9. *Ethic.*
330. Amicus debet se tenere ad amicum, sicut genu ad tibiam. *Ibid.*

331. Amicorum omnia sunt communia. *Ibid.*

332. Amicus verus gaudet de bonis, et dolet de tristibus sui amici. *Secundo Rhetor.*

333. Amicitia res est ad vitam degendam maxime necessaria. Lib. 8. *de Moribus*, cap. 1.

334. Nemo enim est, qui sine amicis vitam sibi optabilem esse ducat, etiamsi ceterorum bonorum omnium copia circumfluat. *Ibid.*

335. In paupertate, ceterisque rebus adversis, unicum perfrugium est, amicos habere. *Ibid.*

336. Virorum honorum, et virtute simulum, perfecta amicitia est. *Prosec.*

337. Hi enim se mutuo similiter bonis affici volunt, qua sunt boni.

338. Jam qui bona amicis optant, beneque cupiunt illorum causa, si maxime amici sunt; manet horum amicitia tamdiu, quamdiu boni sunt. *Ibid.* cap. 3.

339. Credibile est veras amicitias esse raras; consuetudine tamen vitae opus est; sed verum illud proverbium est, multos modos salis simul edendos esse, ut homines inter se norint. *Pros.*

340. Neque quemquam in amicitiam recipere oportet, priusquam alter alteri dignus, qui amatur, dignusque cui fides habeatur, visus fuerit.

341. Qui vero cito ea, quae amicitiae propria sunt, inter se faciunt, amici illi quidem esse volunt, sed non sunt tamen, nisi etiam digni sint qui amentur, idque habeant exploratum.

342. Amicitiae igitur conciliandae voluntas celeriter illa quidem suscipitur, sed non statim amicitia nascitur. *Ibid.* cap. 3.

343. Qui in rebus amatoris non iungendum, sed utile permutant; cum minus amici sunt, tum minus diu in eadem inter se voluntate permanent. *Pros.*

344. Quia qui utilitatis causa sunt amici, utilitate sublata dirimuntur: non enim se mutuo amabant, sed elemolumentum. *Ibid.*, cap. 4.

345. Forma evanescente, interitum evanescit quoque amicitia. *Ibid.* cap. 4.

346. Sola virorum honorum amicitia criminationibus et calumniis vacat; mali enim familiaritate mutua non delectantur, nisi aliquam utilitatem alter ab altero percipiat. *Ibid.*, cap. 4.

347. Nihil est amicorum tam proprium, quam vitae societate conjungi. *Ibid.*, cap. 5.

348. Qui ob virtutem sunt amici, student alter de altero bene mereri. *Ibid.*, cap. 13.

349. Est ipsa amicorum praesentia tum in secunda, tum in adversa fortuna, suavis et jucunda. Lib. 9. *de Moribus*, cap. 11.

350. Fortuna, cum favet, quid amicis est opus? *Ibid.*, cap. 9.

351. Qui fortunis alicujus inducti, amicitiam ejus secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes. *Prosec.*

352. Cum enim recessit ea res, quae fuit consuetudinis causa, nihil superest quare possint in amicitia retineri. Lib. 4. *de Rhetorica, ad Herennium.*

353. Ut idem amici semper velint, non est visum certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum. *Orat. 31. pro Plancio.*

354. Quae potest esse jucunditas vitae sublatis amicitias? quae porro amicitia potest esse inter ingratos? *Ibid.*

355. Amicitiae locus ubi esse potest, aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter seipsum? Lib. 2. *de Fimbis.*

356. Vos hortor, ut ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest; ut ea excepta nihil amicitiae praestabilius esse putetis. *De amicit.*

357. Ea est jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit. Lib. 1. *Offic.*

358. Ego vos hortor, quantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. *Prosec.*

359. Nihil est tam naturae aptum, tamque conveniens ad res vel secundas, vel adversas; sed hoc in primis censeo, nisi inter bonos amicitiam esse non posse. *De amicit.*

360. Hoc praestat amicitia propinquitas, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. *Prosec.*

361. Sublata enim benevolentia, amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet. *Ibid.*

362. Amicitia res plurimas continet, quocumque te verteris, presto est nullo modo, nullo loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta est. *Prosec.*

363. Itaque non aqua, non igne magis utimur, quam amicitia.

CECINOR.

364. Nam et secundas res splendidiore facit amicitia, et adversas patiens communicansque leviores.

365. Quid dulcius, quam habere cum quo omnia audeas sic loqui, ut tecum? *Ibid.*

366. Cum plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tamen illa nihil præstat omnibus, quod bonam spem præluet in posterum. *Prosec.*

367. Nec debilitari animos, aut cadere patitur; verum etiam amicum, qui intuetur, tanquam exemplar aliquid intuetur sui.

368. Quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilles valent, et (quod difficilius est dictu) mortui vivunt. *Ibid.*

369. Amor ex quo amicitia nominata est, princeps est ad benevolentiam conjungendam. *Ibid.*

370. In amicitia nihil fictum est, nihil simulatum; et quidquid illud est, verum est et voluntarium. *Ibid.*

371. Nulla excusatio peccati, si amici causa peccaveris. *Prosec.*

372. Nam, cum conciliatrix amicitia virtutis opinio fuerit, difficile est amicitias permanere, si a virtute dellexeris. *Ibid.*

373. Hæc in amicitia lex sancitur, ut neque rogemus res turpes, neque faciamus roganti. *Ibid.*

374. Hæc prima lex sancitur, ut ab amicis honesta petamus, et amicorum causa honesta faciamus; nec expectemus dum rogemur, studium semper adsit, cunctatio absit. *Ibid.*

375. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valet auctoritas. *Ibid.*

376. Solem a mundo tollere videntur, qui amicitiam de vita tollunt: qua nihil melius habetur, nihil jucundius. *Ibid.*

377. Quam multa, quæ nostri causa nunquam faceremus, amicorum causa facimus! *Ibid.*

378. Sunt firmi et stabiles et constantes eligendi, quos amicitia idoneus judicamus. *Prosec.*

379. Cujus generis est magna penuria, et judicare difficile sane est, nisi prius sit expertum.

380. Experiendum est autem in ipsa amicitia: ita præcurrit amicitia iudicium, tollitque experiendi potestatem. *Ibid.*

381. Ubi illum invenies, qui honorem amici anteponat suo? itaque veræ amicitia difficillime reperiuntur in his, qui in honoribus versantur. *Ibid.*

382. Qui omni in re gravem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit, hunc maxime ex raro hominum genere debemus judicare, et pene divino. *Prosec.*

383. Firmamentum autem stabilitatis constan-

tiæque ejus, quam in amicitia querimus, fides est: nihil enim stabile, quod infidum est. *Ibid.*

384. Amicitia nisi inter bonos esse non potest. *Ibid.*

385. Maximum est in amicitia, superiorem esse inferiori. *Ibid.*

386. In amicitia ne quid fictum sit, neve simulatum; aperte enim amare, vel odisse, magis ingenuum est, quam fronte occultare, seu dissimulare sententiam. *Ibid.*

387. Disparis mores, disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo separat amicitias. *Ibid.*

388. Digni amicitia sunt, quibus in ipsis inest causa cur diligantur. *Ibid.*

389. Verissimus amicus vix unquam reperitur. *Ibid.*

390. Is amicus est tanquam alter idem, qui et se ipse diligit, et alterum acquirit. *Prosec.*

391. Cujus animum ita cum suo misceat, ut efficiat pene unum ex duobus. *Ibid.*

392. Plerique perverse, ne dicam impudenter, tamen amicum volunt, quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab ipsis desiderant. *Ibid.*

393. Maximum ornamentum amicitia tollit, qui ex ea tollit verecundiam. *Ibid.*

394. Perniciosus error est in his, qui existimant libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. *Prosec.*

395. Virtutum amicitia a natura adjuncta data est, non vitiorum comes; ut quoniam solitaria non possit virtus ad ea quæ summa sunt pervenire, conjuncta et consociata cum altera perveniret. *Ibid.*

396. Cum amicum judicaveris, diligere oportet; non cum dilexeris, judicare. *Ibid.*

397. Monendi amici sæpe sunt et oburgandi; et hæc accipienda sunt amice, cum benevole fiunt. *Prosec.*

398. Sed hæc in re habenda est ratio, et diligentia, primum ut monito acerbitate, deinde oburgatio contumelia careat. *Ibid.*

399. Odium, amicitia venenum est. *Ibid.*

400. Monere et monei, proprium est amicitia. *Ibid.*

401. Nulla pestis in amicitia major est, quam adulatio, blanditia, et assentatio. *Ibid.*

402. Sine veritate nomen amicitia manere non potest. *Ibid.*

403. Secerni blandus amicus a vero, et inter nosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata, a sinceris atque veris. *Ibid.*

404. Non est vera amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. *Ibid.*

405. Præclarum illud est, rectum quoque et verum, ut eos qui nobis charissimi esse debeant, æque ac nosmetipsos amemus. *Prosec.*

406. Nec optandum quidem est in amicitia, ut me ille plusquam se amet, et ego illum plusquam me; plus enim nullo modo potest. Lib. 3. *Tusc. quest.*

407. Nullum majus est argumentum improbitatis, si tempore necessitatis amici desint; sed prohibitas, si adsint. Ep. 7. *ad Dionem.*

408. Quid est gloriosius, quam ira amicitia mutare? lib. 2. *de Ira*, cap. 34.

409. Nihil æque oblectat animum quam amicitia fidelis. *Prosec.*

410. Quantum bonum est, ubi sunt preparata peccata in que tuto secretum omne descendat? 411. Quorum conscientiam minus, quam tuam times.

412. Quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, et conspectus ipse delectet. *De tranquill. animi*, cap. 7.

413. Pro amicis omnia timui, pro me nihil, nisi ne parum bonus amicus fuissim. Lib. 4. *Quest.*

414. Sæpe nihil interest inter amicorum munera, et hostium vota. Lib. 2. *Offic.* cap. 13.

415. Summa amicitia est, amicum sibi æquare, utrique simul consulendum est. *Ibid.*

416. Justa causa letitia est, lætum amicum videre: justior, fecisse. *Ibid.* cap. 22.

417. Si aliquem amicum existimas, cui non tantumdem credis, quantum tibi, vehementer erras, et non satis nosti vim veræ amicitia. *Prosec.*

418. Nullum habet majus malum occupatus homo, et suis bonis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est.

419. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius.

420. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam judicandum.

421. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. Cum placuerit fieri, toto illum pectore admite, tam audacter cum illo loquere, quam tecum. Ep. 3.

422. Jucundius est amicum facere, quam habere: quomodo artificii jucundus est pingere, quam pinxisse. Ep. 9.

423. Amicos secreto admone, palam autem lauda. *De Moribus.*

424. Qui se spectat, et propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat; quemadmodum cœpit, sic desinet. *Prosec.*

425. Qui causa utilitatis assumptus est, tandiu placebit, quamdiu utilis fuerit. *Ibid.*

426. Amicum paro, ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti opponam et impendam. *Ibid.*

427. Errat, qui amicum in atrio querit, in convivio probat.

428. Conversari cum amicis absentibus licet, et quidem quoties velis, quamdiu velis, magis hæc voluptate (quæ maxima est) fruimur, dum absumus. *Prosec.*

429. Ideo æquo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum etiam presentibus abest.

430. Amicus animo possidendus est; hic autem nunquam abest, quemcumque vult quotidie videt.

431. Itaque mecum stude, mecum cœna, mecum ambula. Ep. 55.

432. Amicorum præsentia nos delicatos facit. *Ibid.*

433. Amicorum defunctorum cogitatio, dulcis ac blanda est: habui enim illos, tanquam amissurus: amici, tanquam habeam. Ep. 63.

434. Amicis avide fruamur, quia, quamdiu contingere hoc possit, incertum est. *Ibid.*

435. Nihil æque ægrum redicit, atque adjuvat, quam amicorum affectus; nil æque expectationem mortis, ac metum surripit. Ep. 78.

436. In tribulationibus, quis sit fidelis cognoscitur. Sent. 190.

437. Amicum deputa similem simili tantummodo. *Ibid.* sent. 423.

438. Cum deserta sit vita hominis, nullius amicitia cincta presidio, tam necessarium subdium temere assumi non debet; semel autem apprehensum recte sperni non convenit. Lib. 4. *dictor. memorab.* cap. 7.

439. Sancta fidei amici, præcipue in adversis rebus cognoscuntur: in quibus quidquid præstatur, totum a constanti benevolentia proficiscitur. *Ibid.*

440. Accidit plerumque, quod infractæ fortunæ homines magis amicorum studia desiderent, vel presidii, vel solatii gratia. *Ibid.*

441. Cum Publius Rutilius amici cujusdam injuste rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset: Quid ergo mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis? respondit, Imò quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum? *Ibid.* lib. 6. cap. 4.

SIXTUS
PHILOSOPH.

VALERIUS
MAXIM.

Definitio. Amicitia Dei est fida et salutaris conversatio Dei cum hominibus bonæ voluntatis, cum eorum pari dilectione consensus et mutui affectus.

COLLECTOR.

SENTENTIE PATRUM.

6. ALBERTUS. 1. Familiaris est Dominus simplicibus, quibus non dedignatur arcanam suam revelare. *De Paradiso animæ*, part. 1. cap. 30.
8. AMBROS. 2. Qui facit mandatum Dei, ejus amicus est, hoc honoratur nomine. Lib. 3. *Offic.*
8. AUGUST. 3. Si voluntatem Dei nosse quisquam desiderat, fiat amicus Deo. *Prosec.*
4. Quia si voluntatem hominis nosse vellet, cujus amicus non esset, omnes ejus impudentiam ac stultitiam deriderent.
5. Non autem quisquam efficitur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus. Lib. 1. *de Genes. contra Manich.*, cap. 2.
6. Deum amat amicum, qui Dei amorem amat in amico. Lib. 22. *contra Faust.*, cap. 78.
6. BERNARD. 7. Amicitia pauperum Regum amicos constituit, amor pauperum reges: regnum denique colorum pauperum est; et est Regiæ paupertatis, beare pro voluntate amicos. Ep. 103. *ad quemdam Abb.*
8. Qui sibi displicet, Deo placet; et qui sibi vilis est, Deo charus est. *De Inter. domo.* cap. 28.
9. Quos Deus amat, amicos habet, non servos; denique amicus fit de magistro, nec enim amicos discipulus diceret, si non essent. Serm. 59. *sup. Cant.*
6. BONAVENT. 10. Experimentum divinas familiaritatis argumentum est charitatis. *Exposit.* 2. *sup. Psalm. CXVIII.* versic. 2.
11. Ubi deficient amici humani, non deficit verus amicus Christus. Serm. 4. *Dom. 13. post Pentec.*
12. Divina amicitia acquiritur per puritatem innocentiam, per afflictionem veræ penitentiam, per amorem obedientiam, per donum patientiam, per donum misericordiam. Serm. 1. *de SS. Philip. et Jacobo.*
13. Per penitentiam renovatur homo ad divinam amicitiam, quæ fuerat amissa per culpam. *Ibid.*
14. Qui Deum colit, solus amicus Dei est. Lib. 7. *Stromat.*
8. CYPRIANUS. 15. Amicus Christi non potest esse, qui cum inimico Christi tenet amicitiam. *De Aleatoribus*, cap. 3.
8. CYBILLUS HIEROSOLYM. 16. Ne sis tantum pacis tempore Jesu amicus, et tempore belli inimicus. *Catechesi.* 13.
8. FLIGIUS. 17. Peccando factus Deo inimicus, nisi satisfaciendo non potest reconciliari, ut fiat amicus. Hom. 4.
8. GLOSS. ORD. 18. Sciat qui Jesu expetit amicitiam, multorum sibi inimicitias patienter esse tolerandas. *Sup. Josue*, cap. 10.
8. GLOSS. INT. 19. Ecce verus amantium affectus, vel cum eo

vivere, vel cum eo mori. *Sup. Joan. cap. 13.* in illud: *Etiam et nos, et moriamur cum eo.*

20. O quanta est misericordia conditoris nostri! servi digni non sumus, et amici vocamur? *Prosec.*

21. Quanta est ergo dignitas hominum, esse amicos Dei? *Homil. 27. sup. Evangel.* in illud *Joan. 15: Vos amici mei estis.*

22. Nihil est honorabilius amicitia, quæ Deo dilecti, et a Deo dilatur. *In Apologetico post fugam suam reversionem.*

23. Unum terribile arbitris, ab amicitia Dei repelli; unum expetibile solum, amicitiam Dei, qua sola vita hominis perficitur. *De vita Noysi.*

24. Quisquis fidelis est Deo, hic et ejus amicus invenitur. Lib. 7. *sup. Levit.*, cap. 27.

25. Christus verus est amicus, quia diligit in prosperis et adversis. *In Prov. cap. 3. sup. illud: Ne dicas amico tuo.*

26. Ille placet Deo, qui factus est per gratiam amicus ejus. *Sup. Sapient.* cap. 4.

27. Ille verus Dei amicus est, qui omnia bona sua aliis communicat, et mala aliorum facit sua. *Sup. Ecclesiastic.* cap. 36.

28. Amicus Dei est, quicumque, per gratiam reconciliatus, transit in filium, id est, in statum filiorum, qui est perfectorum. *Sup. Hierem.*, cap. 11.

29. Amici tui, Jesu, sunt omnes fideles, qui habunt tecum calcem Passionis. *Sup. Zachar.*, cap. 3.

30. Amici Dei dicuntur, qui ejus voluntatem incessanter custodiunt. *Sup. Lucam.* cap. 15.

31. Si vis vera amicitia delectari, esto amicus Dei. Lib. 2. *supra Michæam*, cap. 7.

32. Qui sibi placet de amicitia Christi, proposita respondeat conditioni. *Hom. 1.* in dictum *Joan. 15: Vos amici mei estis.*

33. Mandatorum Dei observatio, amicitiam est confirmatio. *Prosec.*

34. Non potest quis et amicus esse, et mandata contemnere, quia qui contemnit ejus mandatum, amicus esse non poterit. *Ibid.*

35. Erubescere, quisquis es, erubescere, qui in amicitias Christi vocaris, nec obsequeris; qui familiaris diceris, nec ejus mandata intendis. *Ibid.*

36. Qui amicitiam Christi non vult pensare obsequium, contemptus sui gratitudo incurrat supplicium. *Ibid.*

37. Amari non potes, si Christum contemnis; contemni non potes, si servieris; servus non eris, si pareris; amicus firmaberis, si quæ mandata perfeceris. *Ibid.*

38. Amicus ille dignus est nuncupari, qui mandata implere contendit Christi. *Ibid.*

39. Pendet amicitiam Christi promissio certo conditionis obsequio. *Ibid.* *Hom. 2.*

S. GREG. MAG.

GREGORIUS NAZ.

GREGORIUS NYSS.

HESYCHIUS.

HUGO CARD.

S. HIERONYM.

S. JOHANNES CHRYSOSTOM.

40. Proponitur Christi familiaritatis sublimitas, officiorum honore comparanda; cum Domino certa negotio copulatur, promittit enim, et exigit. *Ibid.*

41. Christiano divina amicitiam promittitur, ut ab eo obsequia debita repetantur. *Prosec.*

42. Famulata dignitas queritur, officio sublimitas comparatur, ad amicitiarum vero celestium potentiam, servitutis obsequio pervenitur. *Ibid.*

43. O veneranda pietas Christi, qui amicitiam invitat, ut servitutem extorqueat. *Ibid.*

44. Non potest ad familiaritatem Christi accedere, qui ejus mandata noluerit observare. *Ibid.*

45. Adoptio amicitiarum Dei, est observatio mandatorum. *Prosec.*

46. Frustra tibi amici nomen imponis, si amici jussa non feceris.

47. Aut factis quod vocaris, ostende; aut observanti nominis amici vocabulum eode.

48. Prævaricationis crimen incurris, si aliud feceris, quam vocaris. *Ibid.*

49. Deus te in familiaritatem vocat, et se tibi familiare exhibuit, antequam te in familiaritatem vocavit. *Ibid.*

50. Si is, qui reconciliat, filius Dei dicitur, quo nomine appellandus est, qui eos (qui reconciliantur) amicos facit? *Hom. 37. sup. Acta Apost.*

51. Fides hominem (qui terrenus est, si convertatur) Deo familiarem efficit. *Hom. de Fide et lege naturæ.*

52. Licet indignus sis cum Deo conversari, dignus tamen eris. *Prosec.*

53. Indignus, diutina familiaritate, dignus fieri potest quoniam indignum frequens conversatio, dignum reddit. *Hom. in dictum Apos. Scimus autem quoniam diligemibus.*

54. Præconium gloriæ Dei est, quod inimicos salvat; sed eos, qui posteaquam amici facti sunt, amici perseverant. *Ser. 2. sup. Ep. ad Ephes. in Morali.*

55. Amicitiam tibi nomen indulgentiæ mea, non tua merita contulerunt. *Prosec.*

56. Te amabilem mihi benignitas mea, non tua præstiterunt officia.

57. Nihil meruisti, et amicus es; quod mereri incipies, si fueris, ut jubeo, obsecutus.

58. Quinimo amicus esse non poteris, nisi quod jubeo, studiosè ac benevole perpetraris. *Hom. 1. in dictum Joan: Vos amici mei estis.*

59. O stupenda benignitas Dei, o veneranda pietas Christi! quæ ante tibi in amicitias obvenit, quam te sibi amicum constituit. *Prosec.*

60. Ante se tibi Dominum familiarem exhibuit, quam te in familiaritatem vocavit. *Ibid.*

61. Cælestis amicitiam dignitas mandatorum observantia tenetur. *Ibid.*

62. Non prorsus alia res est, quæ perinde declaret, doceatque quis sit fidelis amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque eorum salute sollicitudinem gerat. *In Orat. de S. Philogonio.*

63. Nihil ita est amicum Deo, quam si quis cum minimis annumeret: hoc est enim caput totius Philosophiæ, atque fastigium. *Hom. 3. sup. Math.*

64. O inenarrabilis misericordia Dei! inimicos, et infinito intervallo ab eo distantes, a quibus incomparabilis eminentia in omnibus differt, hos amicos et facit, et vocat amicos. *Prosec.*

65. Quid igitur pati non debemus? quid non libenter tolerare pro hac amicitia.

66. Pro amicitia electum hominum sæpe periclitamur; pro Dei autem amicitia, nec pecunias patienter amittimus, quod luctu, et lacrimis, et lamentationibus, ululationibus magnis dignum est. *Hom. 23. sup. Epist. ad Hebr. in Morali.*

67. Sapientiam timorem superans, atque ad amorem surgens, Dei amicos ac filios servorum loco, nos efficit. *Lib. 1. Parall.* cap. 4.

68. Imperiorum robur ac firmitas, Dei amicitiam loco, nos efficit. *Ep. 290. ad Petrum.*

69. Si Dei amicus esse studes, fac robuste præsis. *Ibid.*

70. Qui voluntatem Dei sequitur, qui divinam legem observat, Deo charus est. *De ira Dei*, cap. 17.

71. Magnum est hujus muneris sacramentum, et omnia excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium, et homo Deum nomenque Patrem. *Serm. 6. de Nat. Domini.*

72. Nihil prorsus te ab amicitia Dei alienabit, nisi peccato consentias. *In Speculo spiritualium*, cap. 6.

73. Oportet eum, qui desiderat amicus esse Dei, conservare se a sordibus peccati. *Hom. 13.*

74. Amicitia quidam gradus est hominibus ad Deum; dilectione enim mediante, homo Deo approximat, dum ex hominis amico Dei amicus efficitur. *De Amicitia*, cap. 3.

75. Ad Dei amicitiam sublimatur, qui propter Deum humanas despicit mortes, nescit timores. *Serm. 101.*

76. Sapiens omnis Dei amicus est. *Parallel.* apud D. Joan. Damascen. cap. 73.

77. Qui opera virtutum sic agit exterius, ut tamen soli Deo in omni cogitatu et actu placere intendat interius, is digne laudandus est, et amicus Dei appellandus. *Serm. 1. divis. 10.*

78. Illum dilige, et amicum tibi retine, qui

S. JOAN. DAM.

S. ISIDOR. PELL.

LACT. FIRM.

S. IUSTIN. MART.

S. JOH. CHRYS.

S. CYPRIAN.

S. GREG. MAG.

S. HIERON.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

S. JOHANNES CHRYS.

omnibus recedentibus te non relinquet, nec patietur in fine perire. Lib. 2. de *Imit. Christi*, cap. 7.

79. Semper miser est et eget, quidquid habeat, qui Deum amicum non habet. De *valle titiorum*, cap. 7. sect. 1.

80. Juvat valde pro adipiscenda Dei amicitia familiariter colloqui per interna mentis verba. De *fideli dispensatione*, cap. 3.

S. VALERIAN. 81. Occurendum est semper Dei amicis, ac serviendum. Hom. 15. de *Bono Martyrii*.

SENTENTIE PAGANORUM.

PLATO. 82. Deus amicitia auctor est, quippe qui et amicos efficiat, et amicos una deducat eodem vinculo aptos atque copulatos. Syzygia 4. de *Amic.*

83. Nullus stultus et insanus, Deo amicus est. Lib. 2. de *Republ.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 84. Dignus esto eo, qui te dignatus est filium dicere, et age omnia ut filius Dei. Sent. 51.

AMISSIO.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROSIIUS. 1. Qui exiguum habet, non minuit amissione, quia nihil est quod amittit. Lib. 1. *Offic.* cap. 30.

2. Timet ne concessa amittat, qui non utenda concessit. De *Joseph.* cap. 4.

S. ANTONINUS. 3. Majus damnum est in amissione unius anime, quam mille corporum. Part. 4. titul. 6. cap. 4.

S. AUGUSTIN. 4. Miser est omnis animus victus amicitia rerum mortalium, et dilaniatur cum eas amittit, et tunc sentit miseriam, qua miser est, et antequam amittat eas. Lib. 4. *Confess.* cap. 6.

5. Solus nullum charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur. *Prosec.*

6. Te nemo, Deus noscer, amittit, nisi qui dimittit; et qui dimittit quo it, aut quo fugit, nisi a te placido ad te iratum? *Ibid.* cap. 9.

7. Nemo securus est in his bonis, que postest invitus amittere. Lib. 2. de *Lib. arb.* cap. 14.

8. Videtur vincere cum vincatur, qui superando ad id pervenit, quod cum dolore amissurus est. *Prosec.*

9. Et vincit, cum vinei videatur, quisquis cedendo ad id pervenit, quod non amittit invitus.

10. Hoc sine amore adest, quod sine dolore discedit. De *Vera Relig.* cap. 47.

11. Non est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas. Lib. 3. de *Doctr. Christiana*, cap. 18.

12. Sine dolore non pereunt, que cum amore possessa sunt. In *Echivid.* cap. 68.

13. Divina Justitia est, ut qui voluntate amittit quod amare debuit, amittat cum dolore, quod amavit. *Pros.*

14. Aliquando amisso superiori bono, non sentitur malum, cum habetur quod amatum est inferius bonum.

15. Adhuc bonum est, quod quis dolet amissum; nam nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullus boni amissi dolor esset in pena.

16. Per experientiam mali scitur bonum; quoniam quid amiserit, sentit, cui de bono amisso male fuerit. Lib. 8. de *Genes. ad litt.* cap. 14.

17. Boni amissione dolendam est potius, quam letandum. Lib. 19. de *Civiti. Dei*, cap. 13.

18. Que habita sunt, cum gravi sollicitudine custodiuntur, et cum dolore amittuntur, et amissa cum gravi labore recuperantur. Lib. de *diligendo Deo*, cap. 16.

19. Potes aurum perdere, et nolens: potes domum, potes honores, potes ipsam carnis salutem; bonum vero, quo vere bonus es, nec invitus accipis, nec invitus amittis. Serm. 42. de *Verb. Dom.*

20. Que est ista animarum insaniam, amittere vitam, appellere mortem; acquirere aurum, et perdere eorum? *Ibid.* Serm. 25.

21. Quod habes, cavene perdas. *Ibid.* serm. 53.

22. Illud damnum minime dicitur, quod aliquis perdit, ne amplius perdat. De *Mendacio ad Consentium*, cap. 18.

23. Sicut letitia deserti boni in peccato, testis est voluntatis male: ita dolor amissi boni in supplicio testis est nature bone. Lib. 19. de *Civiti. Dei*, cap. 13.

24. Si quis letatur inaniter, de his rebus letatur quas potest amittere, quare metuat necesse est, ne amittat. De *LXXXII quest.*, quest. 33.

25. Subtrahuntur tibi que Deus dedit, numquid subtrahitur qui dedit? Sup. Psalm. XXXIV. vers. 3. *Salus tua ego sum.*

26. Perde aliquid ut Deo vaces, non litibus perde; ex eo quod perdes, pretium est temporis. *Prosec.*

27. Quando aliquid amittis, ut aliquid habeas, tunc emis, quod emis; quod habes, emptum est; quod amittis, pretium est.

28. Quomodo ergo perdis nummos, ut emas tibi aliquid: sic perde nummos, ut emas tibi quietem.

29. Quanto tempus perdidisti, tanto melius est ut nummos amittas, et tempus redimas. De *verb. Ap.*

30. Sicut expirat corpus, cum animam emittit, ita expirat anima, cum Deum amittit. *Prosec.*

31. Deus amissus mors animæ est; anima emissa mors corporis; mors corporis necessaria,

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARDUS.

mors anime voluntaria. Serm. 6. de *Verb. Dom.*

32. Omnia amittere tolerabilis est, præter libertatem. Concione 4. Sup. Psalm. xiv.

33. Quanquam modicum id quod quisque cum dolore obtinuerit, certus quidem non sit quando cum dolore amittit, certus autem, quod quandoque amittet. In tract. de *Diligendo Deo*, cap. *Dicto*.

34. Anima quod delectat habere, id etiam perdere timet. Serm. 82. Sup. *Cant.*

35. Quando manifestando potes amittere, taceo custodi. De *Inter. domo*, cap. 48.

36. Avari pro divitiis, ne amittant, timent; et cum amittunt dolent. Serm. ad *Clerum, in Concil. Rhemensi*.

S. BONAVENT. 37. Felix qui perdit pecuniam, ut cum ea perdat miseriam; infelix, qui perdit vitam æternalem, ne perdat pecuniam temporalem. Expos. 2. sup. Psalm. cxviii. cap. 2. vers. 3.

38. Qui se perdit, omnia perdit: ideo non prodest, sed obest. Sup. *Lucam*, cap. 9. sup. illud: *Seipsum autem perdat*.

39. O cæcitas! tristatur homo, si perdit thesaurum mundi; et non curat, si perdit fidem, charitatem, justitiam, et patientiam, pretiosum thesaurum Spiritus sancti. Serm. 3. fer. 2. *Pentec.*

40. Si nullum doles pro amissione thesauri corporalis, quantum dolorem deest habere pro amissione thesauri spiritualis? Serm. 1. de *S. Mattheo*.

41. Nullo modo est amandum quod absque dubio est perdendum, et doloris est finaliter causativum. Serm. 6. de *SS. Apost.*

42. Si times perdere pecuniam, necessario aliquando amittendam; si times corporalem perdere vitam, aliquando (sive velis, sive nolis) perdamam, cur non times perdere vitam beatam, vitam securam, vitam omnibus bonis plenam, nec ad tempus, sed perpetuo duraturam? *Ibid.* serm. 9.

43. Divitiæ diu colliguntur, cito amittuntur. Lib. 1. de *profectu Religios.* cap. 33.

44. Cum amittis quod amasti, æstima quasi nunquam habueris. *Ibid.* cap. 37.

45. Qui abstulit injuste alteri quod habebat charissimum, dignus est et ipse quod habet charissimum, male perdere. In *Job.* cap. 31.

46. Omnino stultum atque ridiculum est, multum amicum commoveri pro rei cujuslibet ablacione seu amissione, quam post breve momentum, velis, nolis, necessario est quisque perditurus. Sup. Psalm. LVIII. vers. 9: *Frustra conturbatur*.

47. Quanto major in possessione commoditas, tanto major in amissione dolor. Sup. *Evad.* cap. 22.

GLOSS. ORDIN.

48. Boni Catholici magis timent de bonis spiri-

talibus amittendis, quam de corporalibus, seu de temporalibus. Sup. *Iudith.* cap. 4.

49. Nunquam sine dolore amittitur, nisi quod sine amore possidetur. Lib. 1. *Moral.* cap. 4. sup. *Job.* 1. *Et fuit possessio ejus*, etc.

50. Magna consolatio est in rerum amissione; illa tempora ad mentem reducere, quibus nos contigit res quas perdidimus, non habuisse. Lib. 2. *Moral.* cap. 12.

51. Amissione felicitatis interrogat vim dilectionis. Lib. 7. *Moral.* cap. 10.

52. Quo 1 presentis vite sollicitudo ordinat, amissio dissipat. *Ibid.* cap. 14.

53. Quanto magis quisque terrena diligit, tanto privari eis vehementius pertimescit. *Prosec.*

54. Sine enim dolore amittitur, quiquid sine amore possidetur. Lib. 31. *Moral.* cap. 8.

55. Amicorum amissio, tanto debet tolerabilis mentem contristare, quanto amissuros illos conditio mortalitatis exposcit. Lib. 1. in *Regist. indict.* 9. cap. 11. Ep. 11. ad *Clementinam Patri-*

ciam.

56. Citius bonum perditur, quod non a largiente custoditur. Lib. 9. *Moral.*, cap. 29.

57. Quanto quisque plus experit quod amittit intelligere, tanto plus incipit corruptionis suæ sententiam, quam subivit, lugere. In *septem Psalm. Penitentiales*, sup. Psalm. iii. vers. 2.

58. Perpendo quod tolero, perpendo quod amisi; dumque intueor illud quod perdidit, fit hoc gravior quod porto. Lib. 1. *Dial.* cap. 1.

59. Si vultis nihil injuste perdere, summopere studete de injustitia nihil habere. Lib. 9. in *Regist. indict.* 3. cap. 37. epist. 37. ad *Brunchildem reginam Francie*.

60. Temporale bonum difficile habetur, et cito amittitur. Lib. 5. in *I Reg.* cap. 2.

61. Lucrum est illud perdere, quod si quis habet, id illi damnum affert. Sup. *Ecclesiasten*, Hom. 7.

62. Melius est amittere quod velimus, nolimus, aliquando periturum est, quam id amittere, pro quo omnia amittenda sunt. Ep. 11. ad *Gerontianam*.

63. Letamur ad nummum, amisso vero obolo contristamur. Ep. 18. ad *Marcell.*

64. Quo affectu possideamus aliquid, docemus cum id amittimus. *Prosec.*

65. Et cupiditate fruenti, carendi dolor prodit: quem qui in carendo non habuit, in possidendo quoniam modo habuit? Ep. 1. ad *Demetriadem*.

66. Quale istud bonum est, quod semper timeas amittere? quod vel auferendum abs te metuas, vel a te relinquendum scias; nam et si nullo eri-

S. GREGOR MAGN.

S. GREG. NYS.

S. HIERON.

piatur casu, vel morte certe perendum est. *Ibid.*

67. Tam cito perditur, nisi fortiter custodiatur quod charum habetur et utile. *In Regula monachorum*, cap. 48.

HUGO A SANCTO VICTORE. 68. Quam magnum damnum incurrit, qui pro rebus transeuntibus, hoc unde debet esse beatus perdit! *Sup. Regulam D. Augustini*, cap. 8.

HUGO CARD. 69. Quanto quod possidetur ceteris est utilius, tanto amittitur damnosius. *Sup. Exod.* cap. 23.

70. Divitiarum amissio nihil aliud est quam gravis oneris depositio. *Sup. Job.* cap. 1.

71. De amissione temporalium non est dolendum, quia non sunt nostra; sed de amissione spiritualium, quae habita faciunt beatum. *Ibid.*

IDIOTA. 72. Divitiarum amissio, magni doloris est. *In Contempl. amoris divini*, cap. 2.

JOAN. CASS. 73. Quidquid per diligentiam acquiritur, potest etiam per negligentiam deperire. *In collat. 6. Theodori Abbat.* cap. 16.

S. JOANNES CHRYSOST. 74. Privatus es pecunia; si gratias egeris Deo, mortalem diabolo plagam intulisti. *Prosec.*

75. Sed si ad vates abieris pro perditis recuperandis, animam tuam perdis, et alius derisio eris, atque iterum rem perditam male amittes. *Hom. 5. de Patientia Job.*

76. Fide servata, etiamsi omnia perdas, omnia tamen cum magnificentia recuperabis. *Hom. 34. sup. Matth.*

77. Qui secularibus rebus servit, et illis deditus in proposito perseverat, necesse est ut ille caelestium amittat thesaurum. *Hom. 64. in Matth.*

78. Quod invitus amittis propter Dei timorem, majorem pro illo mercedem habes, quam si illud in eleemosynam dedisses. *Hom. 12. Oper. imperf. sup. Matth.*

79. Si vel parum argenti amiseris, id omnino damnum appellas; sin totos dies in diaboli operibus consumperis, nihil amisisse opinaris. *Pros.*

80. Omnia potius sunt amittenda, quam tempus: aurum amittis, poterit recuperari; amissum autem tempus, nunquam. *Hom. 57. sup. Joan.*

81. Sunt non pauci, qui verbera ferunt, jacuram vero rerum non ferunt. *Prosec.*

82. Quia earum gratia cædi mallent, innumerasque perpeti molestias, quam ex illis quidquam amittere. *Hom. 1. sup. Epist. ad Cor.*

83. Perdidisti auri libras decem millia? ago gratias confestim Deo, et centum millia acquisisti per vocem illam et gratiarum actionem. *Hom. 20. sup. Epist. ad Hebr. in Morali.*

84. Quod amittitur ut iterum acquiratur, labore multo indiget; quod autem tenetur ne amittatur, non item. *Ibid.* *Hom. 21.*

85. Quanto contristat res perditæ, tanto magis s. ISIDORUS Iustificat si fuerit inventa. *Lib. 2. de Sum. bono. HISPALENS.* cap. 44.

86. Qui plusquam oportet res transitorias diligunt, majorem sibi ingerunt dolorem rei ablatae, quam amorem parturiebant possessæ. *Prosec.*

87. Cum gravi enim dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur.

88. Minus autem carento dolemus, minus possidendo diligimus. *Ibid.* *lib. 3. cap. 59.*

89. Major Dei metus causa est, cur ea quæ chara habentur, minime amittantur. *Prosec.*

90. Quo enim præstantius est, et quo charius habetur quod amatur, eo vehementius is, qui illud charum habet, ejus amissionem timet. *De necessariis quibusdam question.*

91. Certe nullus labor est recusandus, quo id acquiratur, quod nullo modo possit amitti. *Lib. 6. de Vero cultu*, cap. 4.

92. Malo animam meam perdere ut custodiam, quam custodire ut perdam. *Sup. Job.* cap. 2.

93. Nihil in anima possessione Dei feliciter, et Deo similis; nihil in amissione miserius, et Deo dissimilis. *Lib. 6. Epist. Ep. ultima.*

94. Amisisse te non doleas, quod cum amiseris non dolebis. *Serm. 101.*

95. Quæris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. *Serm. 59 de S. Nicolao.*

96. Boni temporalis amissio, sit exercitium justitiae, et injusti supplicium. *Prosec.*

97. Quia justus desiderio caelestium captus, omnia temporalia, sive habeat, sive amittat, omnino non sentit.

98. Sed iniquus, quod cum delectatione habuit, sine dolore non perdit. *Lib. 2. de Vita contempl.*, cap. 13.

99. Hoc solum nunquam amittitur, quod operi pietatis impenditur. *Sent. 98.*

100. Potest homo inivtus amittere temporalia bona, nunquam vero, nisi volens, perdit æterna. *Ibid.*

101. Id solum recte diligitur, quod nunquam bene amittitur. *Ibid.*

102. Si amisisti vitæ gaudia; negotiatio est aliquid amittere, ut majora lucreris. *Ad Martyres*, cap. 2.

103. Sollicitudo est in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. *Sup. Ep. I ad Tim. c. 6.*

104. Cito perditur caelestis thesauri desiderium in silentio acquisitum, nisi fuerit cum omni diligentia ab extraneis rumoribus custoditum. *Serm. I. ad Novitios*, Divis. 3.

105. Cito potest periri per negligentiam, quod multo labore vix tandem acquisitum est per gratiam. *Lib. I. de Imit. Christi*, cap. 22.

S. JUSTINUS MART.

LACT. FIRM.

PETRUS BLESENS.

PETRUS CELLENSIS.

S. PETRUS CHEYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. PROSPER.

TERTULLIAN.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL. 106. Nemo sua sponte (simpliciter et absolute loquendo) rerum suarum jacturam facit; sed sua ac cæterorum salutis causa omnes faciunt, qui modo sanæ mentis sint. *Lib. 3. de Moribus*, cap. 1.

CICERO. 107. Non possunt unam civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. *Orat. 13. pro Lege Manilia.*

108. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit. *Libr. 5. epist. 18. ad Fabium.*

109. Nunquam dicam illum bona perdidisse, si quis pecus aut suppellectilem amiserit. *De Paradisus*, cap. 2.

110. Nihil neque meum est, neque ejuspian, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. *Ibid.* cap. 4.

EPICTEtus PHILOSOPH. 111. Nunquam te quidquam perdidisse dico, sed reddidisse: filius obiit, reddidit est. *In suo Enchirid.* cap. 15.

PLATO. 112. Moderatus vir, moderato et quidem amico orbari morte, non prorsus acerbum ducere debet. *Lib. 3. de Republ.*

SENECA. 113. Nihil eripitur, nisi retinenti. *In lib. Cur bonis viris*, cap. 5.

114. Mihi divitiæ si effluerint, nihil auferent. *De beata vita*, cap. 22.

115. Cogitandum est quanto levior dolor fit non habere, quam perdere et intelligamus paupertati eo minorem tormentorum, quo minorem damnorum esse materiam. *De tranquill. animi*, cap. 8.

116. Tolerabilis est, facilisque non acquirere, quam amittere. *Ibid.*

117. Putabo hunc non esse felicem, si quem mihi inveneris, cui nihil pereat. *Ibid.*

118. Sapiens nihil perdere potest: omnia in se reposit; nec augeri, nec minui potest. *De Constantia sapientis*, cap. 5.

119. Ita habe perfectum illum virum, humanis divinisque virtutibus plenum, nihil perdere. *Prosec.*

120. Bona ejus solidis, et insuperabilibus munitis præcincta sunt. *Ibid.*

121. Is perdidit, qui cito se perdidisse credidit. *Lib. 1. de Benefic.*, cap. 3.

122. Rerum natura nihil dicitur perdere; quia quicquid illi avellitur, ad illam redit. *Prosec.*

123. Nec perire quidquam potest, quod quo excedat, non habet; sed eo revolvitur, unde discedit. *Ibid.* *lib. 5. cap. 8.*

124. Nullum bonum juvat habentem, nisi ad cuius amissionem preparatus est animus. *Prosec.*

T. I.

125. Nullius rei facilius est amissio quam quæ desiderari amissa non potest. *Epist. 4.*

126. Stilpon, capta patria, amissis liberis, amissa uxore, interroganti Demetrio, num quid perdidisset: Omnia, inquit, bona mea mecum sunt: justitia, virtus, temperantia, prudentia, quod bonum eripi non potest. *Ep. 9.*

127. Quod perituum est, tecum ipse versa, et circumspice, nos agunt in insaniam, et cum plurimis lacrymis amittimus. *Prosec.*

128. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es; si non diu, perdis antequam assuescas.

129. Nies non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni.

130. Nemo illa perisise sentit, sed cogitat.

131. Qui se habet, nihil perdidit. *Ep. 42.*

132. Id agamus, ut jucunda nobis fiat amissionum recordatio. *Ep. 63.*

133. Habui amicos, tanquam amissurus; amisi, tanquam habeam. *Ibid.*

134. In æquo est dolor amissæ rei, et timor amittendæ. *Ep. 98.*

135. Tam necesse est perire, quam perdere: et hoc ipsum, si intelligimus, solatium est, æquo animo perdere, quod perituum est. *Ibid.*

136. Habere, eripitur; habuisse, nunquam. *Ibid.*

137. Quid doles amisisse, quod habuisse non prodest? *Ep. 99.*

AMOR IN GENERE.

Definitio. Quid est amor, nisi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens: amantem scilicet et quod amatur? *Lib. de Trin.* cap. 10. Amor est delectatio cordis alienius ad aliquid, propter aliquid per desiderium percurrrens, atque per gaudium requiescens: per desiderium in appetendo, et per gaudium in perfrendo. *De spir. et anima*, cap. 45.

Amor nihil aliud est, quam vehemens et bene ordinata voluntas. *De Amore Dei*, cap. 7.

Amor est connexio et vinculum quo omnium rerum universitas inaffabili amicitia, insolubili unione copulatur. *In itineribus septem in Deum. De itinere 4.*

Amor est virtus unitiva amantis cum amante. *Ibid.*

Amor est mutua animorum unio. *De Perfectione charitatis.*

Amor est bona erga alterum propter ipsum voluntas.

Amor est intrinsecus insita in id, quod animo est jucundum habitudo, operans per voluptatem

S. AUGUSTIN.

S. BERNARD.

S. DONAVENT.

DIONYSIUS. CARTHUS.

HUGO A S. VICTORE.

S. GREG. NISS.